The Students' Series of Latin Classics

THE ADELPHOE OF TERENCE

EDITED

WITH BRIEF NOTES AND STAGE DIRECTIONS

BY

WILLIAM L. COWLES, A.M.

PROFESSOR IN AMHERST COLLEGE

LEACH, SHEWELL, AND SANBORN

BOSTON NEW YORK CHICAGO

1896

Norwood Press
J. S. Cushing & Co. — Berwick & Smith
Norwood Mass. U.S.A.

PREFACE.

This little book has been prepared especially for those teachers who, after a class has critically studied a comedy of either Plautus or Terence, may desire to read rapidly a second play. The notes are intended simply to assist in translation, and for the sake of convenience are placed on the pages with the text. The classical forms of archaic words are given at least once.

It is hoped that the stage directions will serve to make the student appreciate the fact that the play was written, not for reading simply, but to be acted on the stage. The text is taken from the 1884 edition of Carolus Dziatzko, with a few deviations.

I am under great obligations to Professor E. M. Pease, the editor-in-chief of the series, for his valuable criticism and numerous helpful suggestions; also to Professor Grove E. Barber of the University of Nebraska, and to Professor L. H. Elwell, who have carefully read the whole proof.

WILLIAM L. COWLES.


Amherst, Mass.,
March, 1896.

THE ADELPHOE.

The *Adelphoe*, probably the most successful of Terence's comedies, derives its name from two pairs of brothers, — Micio, a bachelor with an indulgent disposition, whose home was in the city; his brother Demea, a farmer harsh and stern; and the two sons of the latter, Aeschinus, who was adopted by his uncle Micio, and Ctesipho, who was kept at home under the strictest surveillance by his father. Aeschinus, generous but reckless, had fallen in love with Pamphila, the daughter of Sostrata, and had promised to marry her, though he had not yet consulted his father. Ctesipho, supposed to be a model youth, had also become enamoured with a music-girl, a slave of Sannio, but through fear of his father had not sufficient courage to rescue her when the slave-trader threatened to sell her at a higher price than he could pay. Aeschinus, however, is braver, forcibly takes the girl from Sannio, and that his brother may have her without the knowledge of Demea, his father, takes her to his own home.

The play opens with a discussion concerning the right method of bringing up children, in which

Demea, who has heard about Aeschinus' abduction of the music-girl, attributes the real blame for his misconduct to Micio, who had been too lax in his training. Sostrata also, who had learned of Aeschinus' conduct, and not knowing the reason for it, thinks that her daughter has been deserted, and sends Hegio, an old family friend, to care for their interests. Demea not long after becomes very indignant, when he hears that his son Ctesipho also has been interested in the kidnapping of the girl; but his anger is turned to joy when the slave Syrus informs him that Ctesipho visited Aeschinus merely to rebuke him, and then went home. After he has been told by Hegio that Aeschinus had treated Pamphila in a shameless manner, he makes a fruitless search for Micio in the city, and finally goes to his brother's home. Micio informs him that he has given his consent to the marriage of Aeschinus and Pamphila, and urges Demea to accept the present condition of affairs in relation to their sons. Demea suddenly changes his demeanor, becoming extremely indulgent toward every one. Ctesipho is permitted to have the music-girl; Aeschinus marries Pamphila; Micio is persuaded to marry her mother, Sostrata; Hegio receives a farm, and Syrus and his wife secure manumissions. The play closes with an explanation from Demea of the change in his manners, and some good advice to his brother and his sons.



Stage Setting. — Street in Athens, leading to the Forum (market-place) on the right and to the Harbor on the left. From this street a road on the right leads to the country. There are two houses in the background, Micio's on the right and Sostrata's on the left. Altar in the middle of the stage. The scene remains the same through the play.

TERENTI ADELPHOE.

DIDASCALIA.

INCIPIT TERENTI ADELPHOE

ACTA LVDIS FVNERALIBVS L·AEMELIO PAVLO

[QVOS] FECERE Q·FABIVS MAXVMVS

P·CORNELIVS AFRICANVS

EG*IT* L·AMBIVIVS TVRPIO [L·ATILIVS PRAENESTINVS]

MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI

TIBIS SARRANIS TOTA ·

GRAECA MENANDRV

FACTA VI·

M·CORNELIO CETHEGO L·ANICIO GALLO COS·

Didascalia: notices concerning the origin and first performance of Terentian comedies were inserted in the MSS. by Roman grammarians.

2. **Paulo**, *in honor of Paulus.* 3. **Fabius . . . Cornelius**: they were the Aediles who gave the Games. 5. **Turpio**: the leading actor and manager of the troupe. — **L. Atilius**: the name of another actor, perhaps manager of a later performance. 6. **Modos**, *music.* — **Claudi**, sc. *servus.* 7. **TibIs** = *tibiis.* — **Sarranis**, *Tyrian.* The Tyrian flute had two pipes united in one mouthpiece. — **Tota**, sc. *acta est.* 8. **Menandru**: Greek genitive. 9. **Facta VI.**: the sixth play that Terence wrote.

G. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Duós cum haberet Démea adulescéntulos,
Dat Mícioni frátri adoptandum Aéschinum,
Sed Ctésiphonem rétinet. hunc citharístriae
Lepóre captum súb duro ac tristí patre
Fratér celabat Aéschinus; famám rei,
Amórem in sese tránsferebat; dénique
Fidícinam lenoni éripit. uitiáuerat
Idem Aéschinus ciuem Átticam paupérculam
Fidémque dederat hánc sibi uxorém fore.
Deméa iurgare, gráuiter ferre; móx tamen,
Vt uéritas patefáctast, ducit Aéschinus
Vitiátam, potĭtur Ctésipho citharístriam.

Periocha, *summary of plot*, written in the 2d century, A.D.
3. **citharistriae**, *of a cithara-player*. 7. **Fidicinam**, i.e. *citharistriam*.—**uitiauerat**, *had deceived*. 10. **iurgare**, *expostulated*. 11. **ducit**, *marries*.

PERSONAE.

PROLOGVS.

MICIO, an old man.

DEMEA, an old man, Micio's brother.

SANNIO, a slave-trader.

AESCHINVS, a young man, son of Demea, adopted by Micio.

BACCHIS, a music-girl.

PARMENO } slaves of Aeschinus.
SYRVS

CTESIPHO, a young man, son of Demea.

SOSTRATA, a matron, mother of Pamphila.

CANTHARA, an old nurse.

GETA, a slave of Sostrata.

HEGIO, an old man, relative of Sostrata.

PAMPHILA, a young woman.

STORAX } young slaves of Micio.
DROMO

CANTOR.

NOTE.—Storax, Parmeno, and Bacchis are silent actors; Pamphila speaks once, but does not appear.

PROLOGVS.

Postquám poëta sénsit scripturám suam
Ab iníquis obseruári et aduorsários
Rapere ín peiorem pártem quam acturí sumus

*   *   *   *   *   *   :

Indício de se ipse érĭt, uos eritis iúdices,
Laudín an uitio dúci id factum opórteat.
Synápothnescontes Díphili comoédiast:
Eam Cómmorientis Plaútus fecit fábulam.
In Graéca adulescens ést, qui lenoni éripit
Meretrícem in prima fábula: eum Plautús locum
Relíquit integrum. eum híc locum sumpsít sibi
In Adélphos, uerbum dé uerbo expressum éxtulit.
Eam nós acturi súmŭs nouam. pernóscite
Furtúmne factum exístumetis án locum
Reprénsum, qui praetéritus neclegéntiast.
Nam quód ĭsti dicunt máliuoli, homines nóbilis
Hunc ádiutare adsídueque una scríbere:
Quod ĭllí maledictum uéhemens esse exístumant,

1. **poëta**, i.e. Terence. 2. **obseruari**, *observari, criticised.* — **aduorsarios**, *adversarios.* 3. **Rapere**, etc., *disparaged the play which.* 4. **Indicio . . . erit**, "*he will give evidence about himself.*" — **uos**, *vos.* 5. **uitio**, *vitio.* 6. **Synapothnescontes**, *companions in death.* — **comoediast**, *comoedia est.* 8. **lenoni**, *slave-merchant.* 9. **prima fabula**, *first part of the play.* 10. **hic**, Terence. 14. **Reprensum**, *restored.* 15. **maliuoli**, *malevoli.* — **homines nobilis** (*nobiles*), i.e. men connected with the Scipionic circle.

Eam laúdem hic ducit máxumam, quom illís placet,
Qui uóbis uniuórsis et populó placent,
Quorum ópera in bello, in ótio, in negótio
Suo quísque tempore úsust sine supérbia.
Dehinc ne éxpectetis árgumentum fábulae:
Senés qui primi uénient, ei partem áperient,
In agéndo partem osténdent. facite aequánimitas

* * * * * *

Poétae ad scribendum aúgeāt indústriam.

20. **otio**, *peace*. 21. **usust**, *usus est*. 23. **ei**, *ii*. 24. **aequanimitas**, *good-will*.

ACTVS I.

Sc. 1.

Micio discovers that Aeschinus has not returned from a banquet given the night before, and soliloquizes over the anxieties of parents and the different ways of training children.

[*Enter Micio from his house, looking along the street.*]

MICIO
SENEX

Storáx! (*No one appears. Soliloquizes.*) non rediit hác nocte a cena Aéschinus
Neque séruolorum quísquam, qui aduorsum íerant.
Profécto hoc uere dícunt: si absis úspiam
Atque íbi si cesses, éuenire ea sátius est,
Quae in te úxor dicit ét quae in animo cógitat
Iráta, quam illa quaé parentesprópitii.
Vxór, si cesses, aút te amare cógitat
†Aut téte amari aut† pótare atque animo óbsequi.
[Et tíbi bene esse, sóli sibi quom sít male.]
Ego quía non rediit fílius quae cógito!
Quibŭs núnc sollicitor rébus! ne aut ille álserit
Aut úspiam cecíderit ac praefrégerit
Aliquíd. uah, (*impatiently*) quemquamne hóminem in animo instítuere

26. **Storax**: slave of Micio. 27. **aduorsum ierant**, *had gone to escort him home.* 29. **cesses**, *loiter.* — **satius**, i.e. *melius.* 33. **animo obsequi**, *following your inclination.* 34. **tibi bene esse**, *enjoying yourself.* 36. **alserit**, *has caught cold.*

Paráre quod sit cárius quam ipse ést sibi!
Atque éx me hic natus nón est, sed ĕx fratre *ést* meo.
Dissímili is studiost iam índe ab adulescéntia.
Ego hánc clementem uítam urbanam atque ótium
Secútus sum et, quod fórtunatum istí putant,
Vxórem numquam habui. ílle contra haec ómnia:
Ruri ágere uitam; sémper parce ac dúriter
Se habére; uxorem dúxit; nati fílii
Duo: índe ego hunc maiórem adoptauí mihi;
Edúxi a paruolo, hábui, amaui pró meo;
In eó me oblecto, sólum id est carúm mihi.
Ille út item contra me hábeat, facio sédulo:
Do, praétermitto, nón necesse habeo ómnia
Pro meó iure agere; póstremo, alii clánculum
Patrés quae faciunt, quaé fert adulescéntia,
Ea né me celet, cónsuefeci fílium.
Nam quí mentiri aut fállere insuerít patrem,
Audébit tanto mágis audacter céteros.
Pudóre et liberálitate líberos
Retinére satius ésse credo quám metu.
Haec frátri mecum nón conueniunt néque placent.
Venit ád me saepe clámans 'quid agis, Mício?
Quor pérdis adulescéntem nobis? quór amat?
Quor pótat? quor tu his rébus sumptum súggeris,
Vestítu nimio indúlges? nimium inéptus es.'
Nimium ípse est durus praéter aequomque ét bonum,
Et érrat longe meá quidem senténtia,
Qui impérium credat gráuius esse aut stábilius,

41. **is**, i.e. his brother Demea. 49. **In . . . oblecto**, *he is my delight.* 50. **contra**, *on the other hand.* 51. **Do**, sc. *money.* — **praetermitto**, sc. *faults.* 52. **clanculum**, *without the knowledge of.* 53. **fert**, "*prompts.*" 57. **liberalitate**, *feeling of respect toward others.* 58. **satius**, *more satisfactory.* 61. **Quor**, *cur.* 62. **sumptum**, *money.*

Vi quód fit, quam illud quód amicitia adiúngitur.
Mea síc est ratio et síc animum inducó meum:
Maló coactus quí suom officiúm facit,
Dum id réscitum iri crédit, tantispér pauet;
Si spérat fore clam, rúrsum ad ingeniúm redit.
Ĭlle quém beneficio adiúngas, ex animó facit,
Studĕt pár referre, praésens absensque ídem erit.
Hoc pátriumst, potius cónsuefacere fílium
Sua spónte recte fácere quam alienó metu:
Hoc páter ac dominus ínterest. hoc quí nequit,
Fateátur nescire ímperare líberis. (*Demea approaches.*)
Sed éstne hic ipsus, dé quo agebam? et cérte is est.
Nescío quid tristem uídeo: credo, iam út solet
Iurgábit. (*Enter Demea, out of temper.*) saluom te áduenire, Démea,
Gaudémus.

Sc. 2.

Demea having heard that Aeschinus had been engaged in the abduction of a music-girl, leaves his farm in the country to inform Micio and rebuke him for the evil results of his indulgent treatment of Aeschinus.

DEMEA MICIO
SENES II

DE. Ehem, ŏpportúne: te ipsum quaérito.
MI. Quid trístis es? **DE.** (*indignantly*) Rogás me? ubi nobis Aéschinust?
Scin iám quid tristis égo sim? **MI.** (*to the audience*) Dixin hóc fore?

69. **Malo**, i.e. fear of punishment. 70. **id** = *quod facit.* — **tantisper**, *just so long.* 71. **ingenium**, *natural disposition.* 74. **patriumst**, *is the duty of a father.* 76. **interest**, *differ.* 78. **ipsus**, *ipse.*

(*to Demea*) Quid fécit? **DE.** Quid ĭlle fécerit? (*angrily*) quem néque pudet
Quicquám, nec metuit quémquam, neque legém putat
Tenére se ullam. nam ílla quae antehac fácta sunt
Omítto: modo quid díssignauit? **MI.** Quíd nam id est?
DE. Forís ecfregit átque in aedis ínruit
Aliénas; ipsum dóminum atque omnem fámiliam
Mulcáuit usque ad mórtem; eripuit múlierem
Quam amábat: clamant ómnes indigníssume
Factum ésse. hoc adueniénti quot mihi, Mício,
Dixére! in orest ómni populo. dénique,
Si cónferendum exémplumst, non fratrém uidet
Rei dáre operam, ruri ésse parcum ac sóbrium?
Nullum húius simile fáctum. haec quom illi, Mício,
Dicó, tibi dico: tú ĭllum corrumpí sinis.
MI. Homine ímperito númquam quicquam iniústiust,
Qui nísi quod ipse fécit nil rectúm putat.
DE. Quorsum ístuc? **MI.** Quia tu, Démea, haec male iúdicas.
Non ést flagitium, míhi crede, adulescéntulum
Scortári, neque potáre: non est; néque foris
Ecfríngere. haec si néque ego neque tu fécimus,
Non síit egestas fácere nos. tu núnc tibi
Id laúdi ducis, quód tum fecisti ínopia?
Iniúriumst; nam si ésset unde id fíeret,
Facerémus. et tu illúm tuom, si essés homo,
Sinerés nunc facere, dúm per aetatém licet,
Potiús quam, ubi te expectátum eiecissét foras,

87. **dissignauit**, *perpetrated.* 95. **Rei . . . operam**, *caring for the property.* 98. **imperito**, *without experience.* 102. **Scortari . . . potare**, *to indulge in love and wine.* 104. **siit**, *sivit.* 107. **homo**, a *man of the right spirit.* 109. **ubi . . . foras**, *when he has hurried you out to burial, an event he has long desired.*

Aliéniore aetáte post facerét tamen.
DE. Pro Iúppiter, tu, homo, ádigis mĕ ad insániam!
Non ést flagitium fácere haec adulescéntulum?
MI. (*wearily*) Ah,
Auscúlta, ne me optúndas de hac re saépius:
Tuom fílium dedísti adoptandúm mihi;
Is méus est factus: sí quid peccat, Démea,
Mihi péccat; ego ĭlli máxumam partém fero.
Obsónat, potat, ólet unguenta: dé meo;
Amăt: dábitur a me argéntum, dŭm erit cómmodum;
Vbi nón erit, fortássė excludetúr foras.
Forís ecfregit: réstituentur; díscidit
Vestém: resarciétur; et, dis grátia,
Est únde haec fiant, ét adhuc non molésta sunt.
Postrémo aut desine aút cedŏ quemuis árbitrum:
Te plúra in hac re péccare ostendam. **DE.** Eí mihi!
(*ironically*) Pater ésse disce ab íllis, qui ueré sciunt.
MI. Natúra tu illi páter es, consiliís ego.
DE. Tun cónsiliis quicquam? **MI.** (*impatiently*) Áh, si pergis, ábiero.
DE. Sicíne agis? **MI.** An ego tótiens de eadem re aúdiam?
DE. Curaést mihi. **MI.** Et mihi cúraest. uerum, Démea,
Curémus aequam utérque partem: tu álterum,
Ego item álterum; nam ambós curare própemodum
Repóscere illum est quém dedisti. **DE.** Ah, Mício!
MI. Mihi síc uidetur. **DE.** Quíd ĭstic? si tibi ĭstúc placet,

110. **Alieniore**, *more unsuitable.* 116. **illi**, *illic, "therein."* 117. **Obsonat**, *treats his friends.* — **de meo**, *at my expense.* 121. **resarcietur**, *it shall be repaired.* 123. **cedo**, *bring on.* Archaic imperative. 127. **quicquam**, sc. *agis.* 133. **Quid istic**, *very well then.*

Profúndat, perdat, péreat, nil ad me áttinet.
Iam sí uerbum ullum pósthac . . . **MI.** Rursum, Démea,
Iráscere? **DE.** An non crédis? repeton quém dedi?
Aegrést; alienus nón sum; si obsto . . . em, désino.
Vnúm uis curem: cúro; et est dis grátia,
Quom ita út uolo est. isté tuos ipse séntiet
Postérius . . . nolo in íllum grauius dícere. (*Exit Demea.*)
MI. (*soliloquizing*) Nec níl neque omnia haéc sunt quae dicít tamen:
Non níl molesta haec súnt mihi, sed ŏsténdere
Me aegré pati illi nólui. nam itást homo:
Quom pláco, aduorsor sédulo et detérreo,
Tamĕn uíx humane pátitur; uerum si aúgeam
Aut étiam adiutor sim éius iracúndiae,
Insániam profécto cum illo. etsi Aéschinus
Non núllam in hac re nóbis facit iniúriam.
Quam hic nón amauit méretricem? aut quoi nón dedit
Aliquíd? postremo núper (credo iam ómnium
Taedébat) dixit uélle uxorem dúcere.
Sperábam iam deféruisse adulescéntiam:
Gaudébam. ecce autem de íntegro! nisi quídquid est,
Volŏ scíre atque hominem cónuenire, si ápŭd forumst.
(*Exit towards the Forum.*)

134. **Profundat**, *let him squander.* 141. **Nec nil neque omnia**, "*neither groundless, nor wholly right.*" 144. **placo**, *seek to appease.* 149. **quoi**, *cui.* 152. **deferuisse**, *cooled down.* 153. **nisi**, *but.*

ACTVS II.

Sc. 1.

A dispute between Sannio, the slave-merchant, and Aeschinus, concerning a music-girl whom Aeschinus had forcibly taken for his brother Ctesipho.

[*Enter in haste from the Forum Aeschinus and Bacchis, the music-girl, guarded by his slave Parmeno. Sannio follows them closely.*]

SANNIO LENO AESCHINVS ADVLESCENS (PARMENO) SERVOS [BACCHIS?] (MERETRIX)

SA. (*greatly excited*) Óbsecro, populáres, ferte mísero atque innocénti auxilium!
Súbuenite inopi! **AE.** (*to Bacchis*) Ótiose: núnciam ilico híc consiste.
Quíd respectas? níl periclist: númquam, dum ego adero, híc te tanget.
SA. (*threateningly to Aeschinus*) Égo ĭstam inuitis ómnibus . . .!
AE. (*to Bacchis*) Quamquámst scelestus, nón committet hódie umquam iterum ut uápulet.
SA. Aéschine, audi, né te ignarum fuísse dicas meórum morum:
Léno ego sum. **AE.** (*scornfully noticing him for the first time*) Scio. **SA.** Át ita, ut usquam fuít fide quisquam óptuma.

159. **non committet . . . uapulet,** *he will not to-day, under any condition, take the risk of a second thrashing.* 161. **At ita . . . optuma,** *but yet I am as faithful to my word as any man has ever been.*

Tú quod te postérius purges, hánc iniuriám mihi nolle
Fáctam esse, huius (*snapping his fingers*) non fáciam. crede hoc, égo meum ius pérsequar,
Néque tu uerbis sólues umquam, quód mihi re male féceris.
Nóui ego uostra haec ‘nóllem factum: dábitur ius iurándum, indignum
Te ésse iniuria hác,’ indignis quom égomet sim acceptús modis.
AE. (*to Parmeno, ignoring Sannio*) Ā́bĭ prae strenue ác forĭs aperi. **SA.** (*threatening*) Céterum hoc nilí facis?
AE. (*to Bacchis*) Ī́ ĭntro nunciám tu. **SA.** (*moving toward the door and taking hold of Bacchis*) Enĭm non sinam. **AE.** (*to Parmeno*) Ā́ccede illuc, Pármeno;
Nímium istuc abísti: hic propter húnc adsiste: em, síc uolo.
Cauĕ núnciam oculos á meis oculis quóquam demoueás tuos
Ne móra sit, si innuerím, quin pugnus cóntinuo in mala haéreat.
SA. Istúc uolo ergo ipsum éxperiri. **AE.** (*to Parmeno*) Em, sérua. (*to Sannio*) omitte múlierem. (*Parmeno strikes him at a wink from Aeschinus.*)
SA. O indígnum facinus! **AE.** Nísi caues, geminábit. (*Parmeno hits him again.*) **SA.** Ei miseró mihi! (*Lets the maiden go.*)
AE. (*to Parmeno*) Non ínnueram; uerum ín ĭstam partem pótius peccató tamen.

162. **Tu . . . purges,** *as to your trying later to excuse yourself.* 163. **huius,** *that much.* 166. **acceptus,** *handled.* 171. **pugnus,** *fist.*

(*to Bacchis*) I núnciam. (*Bacchis goes into the house.*)
SA. (*indignantly*) Quid hóc reist? regnumne, Aéschine, hic tu póssides?
AE. Si póssiderem, ornátus esses éx tuis uirtútibus.
SA. Quid tíbi rei mecumst? **AE.** Níl. **SA.** Quid? nostin quí sim? **AE.** Non desídero.
SA. Tetigín tui quicquam? **AE.** Si áttigisses, férres infortúnium.
SA. Qui tíbi magis licét meam habere, pró qua ego argentúm dedi?
Respónde. **AE.** Ante aedis nón fecisse erĭt mélius hic conuícium;
Nam sí molestus pérgis esse, iam íntro abripiere átque ibi
Vsque ád necem operiére loris. **SA.** (*greatly excited*) Lóris liber? **AE.** Síc erit.
SA. O hóminem inpurum! hicíne libertatem áiunt esse aequam ómnibus?
AE. Si sátĭs iam debacchátus es, leno, aúdi si uis núnciam.
SA. Egŏn débacchatus sum aútem an tu in me? **AE.** Mítte ista atque ad rém redi.
SA. Quam rém? quo redeam? **AE.** Iámne me uis dícere id quod ăd te áttinet?
SA. Cupio, aéqui modo aliquíd. **AE.** (*scornfully to audience*) Vah, leno iníqua me non uólt loqui.
SA. Lenó sum, perniciés communis, fáteor, adulescéntium,
Periúrus, pestis; táměn tibi a me núlla ortast iniúria.

178. **ferres infortunium,** *would have suffered.* 179. **Qui,** *how,* an old ablative. — **meam,** sc. *ancillam.* 180. **conuicium,** *noise.* 182. **Vsque . . . loris,** *lashed within an inch of your life.* 184. **debacchatus,** *raved.*

AE. Nam hercle étiam hoc restat. **SA.** Ílluc quaeso rédĭ, quo coepisti, Aéschine.
AE. Minís uiginti tú illam emisti (quaé res tibi uortát male!):
Argénti tantum dábitur. **SA.** Quid? si ego tíbi ĭllam nolo uéndere,
Cogés me? **AE.** Minume. **SA.** Námque id metui. **AE.** Néque uendundam cénseo,
Quae líberast; nam ego líberali illam ádsero causá manu.
Nunc uíde utrum uis, argéntum accipere an caúsam meditarí tuam.
Delíbera hoc, dum ego rédeo, leno. (*Exit into house of Micio.*) **SA.** (*soliloquizing*) Pró supreme Iúppiter!
Mínume miror qui ínsanire occípiunt ex iniúria.
Dómŏ me eripuit, uérberauit; me ínuito abduxít meam;
Hómini misero plús quingentos cólaphos infregít mihi.
Ób malefacta haec tántidem emptam póstulat sibi trádier.
(*ironically*) Vérum enĭm quando béne promeruit, fíat: suom ius póstulat.
Áge iam cupio, sí modo ărgentum réddat. sed ego hoc háriolor:
V́bi me dixeró dare tanti, téstis faciet ílico,
Véndidisse mé; de argento sómnium: 'mox; crás redi.'
Íd quoque possum férre, modo si réddat, quamquam iniúriumst.

191. **Minis uiginti**: about $370. 193. **uendundam**, *vendendam.* 194. **ego . . . manu**, "*I formally maintain that she is free born.*" 197. **miror qui**, *miror eos qui = miror si qui.* — **occipiunt**, *begin.* 199. **colaphos**, *blows with his fists.* 200. **tantidem emptam**, *at cost price.* — **tradier**, *tradi.* 202. **hariolor**, *am dreaming.*

Vérum cogito íd quod res est: quándo eum quaestum occéperis,
Áccipiunda et mússitanda iniúria adulescéntiumst.
Séd nemo dabít: frustra egomet mécum has rationés puto.

Sc. 2.

Syrus, a slave of Aeschinus, learning that Sannio wishes to go immediately to a foreign market, persuades him to accept a reasonable price for the music-girl.

[*Enter Syrus from the house of Micio, just finishing a conversation with Aeschinus, who stands partially concealed behind the door.*]

SYRVS SERVOS — SANNIO LENO

SY. (*to Aeschinus*) Tace, égomet conueniam ípsum: cupide accípiat faxo atque étiam
Bene dícat secum esse áctum. (*to Sannio*) quid ĭstuc, Sánnio, est, quod te aúdio
Nescío quid concertásse cŭm ero? **SA.** (*wearily*) Númquam uidi iníquius
Certátionem cómparatam, quam haéc hodie inter nós fuit:
Ego uápulando, ĭlle uérberando, usque ámbo defessí sumus.
SY. Tua cúlpa. **SA.** Quid facerem? **SY.** Ádulescenti mórem gestum opórtuit.

206. **res**, *the fact.*—**quaestum**, sc. *of a slave-merchant.* 207. **mussitanda**, *must be endured in silence.* 209. **cupide . . . faxo**, "*he'll be anxious to take the money, I'll warrant.*" 211. **Nescio quid concertasse**, *have been having something of a quarrel.* 213. **uapulando**, *by being flogged.*—**usque**, *entirely.* 214. **morem gestum**, *to have humored.*

SA. Qui pótui melius, quí hodie usque os praébui? **SY.** Age, scis quíd loquar?
Pecúniam in locó neclegere máxumum interdúmst lucrum. hui,
Metuísti, si nunc dé tuo iure cóncessisses paúlulum,
Aduléscenti esses mórigeratus, hóminum homo stultíssume,
Ne nón tibi istuc faéneraret. **SA.** Égo spem pretio nón emo.
SY. Numquám rem facies: ábi, inescare néscis homines, Sánnio.
SA. Credo ístuc melius ésse; uerum ego númquam adeo astutús fui,
Quin quídquid possem mállem auferre pótius in praeséntia.
SY. Age nóui tuom animúm: quasi iam usquam tíbi sint uigintí minae,
Dum huic óbsequare! praéterea autem te áiunt proficiscí Cyprum, **SA.** (*aside, anxiously*) Hem.
SY. Coemísse hinc quae illuc uéheres multa, náuem conductam: hóc scio,
Animús tibi pendet. úbi illinc spero rédieris tamen, hóc ages.
SA. (*angrily*) Nusquám pedem. (*aside, as he walks away*) perii hércle: hac illi spe hóc inceperúnt. **SY.** (*to audience*) Timet:
Iniéci scrupulum hómini. **SA.** (*aside, soliloquizes*) O scelera! illúd uide,
Vt in ípso articulo oppréssit! emptae múlieres

215. **Qui**, *how.*—**qui**, *who.*—**usque**, *continually.* 219. **faeneraret**, *repaid with good interest.* 220. **rem**, *money.*—**inescare**, *entice.* 224. **huic obsequare**, *you gratify him*, i.e. Aeschinus. 225. **conductam**, *hired.* 227. **pedem**, sc. *feram.* 228. **scrupulum**, *doubt.* 229. **articulo**, *nick of time.*

Complúres et item hinc ália quae portó Cyprum.
Nisi eo ád mercatum uénio, damnum máxumumst.
Nunc si hóc omitto ac tŭ́m agam ubi illinc rédiero,
Nil ést: refrixerít res: 'nunc demúm uenis?
Quor pássu's? ubi eras?' út sit satius pérdere
Quam aut núnc manere tám diu aut tum pérsequi.
SY. (*approaching Sannio*) Iamne énumerasti id quód ăd te rediturúm putes?
SA. Hocíne ĭllo dignumst? hócine incipere Aéschinum,
Per ŏppréssionem ut hánc mi eripere póstulet?
SY. (*to audience*) Labáscit. (*to Sannio*) unum hoc hábeo: uidĕ si sátĭs placet:
Potiús quam uenias ín periclum, Sánnio,
Seruésne an perdas tótum, diuiduóm face;
Minás decem conrádet alicunde. **SA.** (*greatly excited*) Eí mihi!
Etiám de sorte núnc uenio in dubiúm miser?
Pudét nil? omnis déntis labefecít mihi,
Praetérea colaphis túber est totúm caput
Etiam ínsuper defraúdat? (*decidedly*) nusquam abeo. **SY.** V́t lubet:
(*pretending to go*) Num quíd uis quin abeam? **SA.** Ímmo hercle hoc quaesó, Syre:
Vt ut haéc sunt acta, pótius quam litís sequar,
Meum míhi reddatur, sáltem quanti emptást, Syre.
(*insinuatingly*) Scio té non usum antehác amicitiá mea:
Memorém me dices ésse et gratum. **SY.** Sédulo

231. **mercatum**, *market.* 233. **refrixerit**, *will have grown cold.* 235. **persequi**, sc. *ius.* 238. **Per oppressionem**, *by violence.* 239. **Labascit**, *he begins to yield.* — **unum**, *one proposal.* 241. **diuiduom face**, *split the difference.* 242. **Minas decem**: about $185. 243. **sorte**, *principal.* 244. **labefecit**, *loosened.* 245. **tuber**, "*swollen.*" 248. **Vt ut**, *in whatever manner.* 249. **saltem**, *at all events.*

Faciám. (*seeing Ctesipho, turns toward him*) sed Ctesiphónem uideo: laétus est
De amíca. **SA**. Quid quod te óro? **SY**. Paulispér mane.

Sc. 3.

Ctesipho, having heard what his brother Aeschinus had done for him, comes from the farm to express his gratitude, and happens to meet Syrus.

[*Enter Ctesipho from the country in high spirits.*]

CTESIPHO	SANNIO	SYRVS
ADVLESCENS	LENO	SERVOS

CT. (*soliloquizes*) Abs quíuis homine, quóm est opus, benefícium accipere gaúdeas;
Verum énĭm uero id demúm iuuat, si quem aéquomst facere is béne facit.
O fráter frater, quíd ego nunc te laúdem? satĭs certó scio:
Numquam íta magnifice quícquam dicam, id uírtus quin superét tua.
Itaque únam hanc rem me habére praeter álios praecipuam árbitror,
Fratrem hómini nemini ésse primarum ártium magĭs príncipem.
SY. (*steps up to him*) O Ctésipho. **CT**. O Syre, Aéschinus ubĭst? **SY**. Éllum (*pointing to the house of Micio*), te expectát domi. **CT**. Hem!

253. **Quid . . . oro**, "*what about my request?*" 254. **quiuis** = *quouis.* 259. **Fratrem . . . principem**, *no one has a brother with finer qualities than I.* 260. **Ellum**, *there.*

SY. Quid ĕst? **CT.** (*enthusiastically*) Quíd sit? illius ópera, Syre, nunc uíuo. festiuóm caput,
Quin ómnia sibi póst putavit ésse prae meo cómmodo,
Maledícta, famam, meúm laborem et péccatum in se tránstulit.
Nil pótĕst supra. quid nám forĭs crepuit? **SY.** Mánĕ, mane: ipse exít foras.

Sc. 4.

Aeschinus, coming out to settle matters with Sannio, finds Ctesipho, and chides him for his lack of courage.

[*Enter Aeschinus from house of Micio. Sannio stands in background.*]

AESCHINVS CTESIPHO SYRVS SANNIO
ADVLESCENTES II SERVOS LENO

AE. (*looking for Sannio*) Vbĭst ílle sacrilegús? **SA.** (*aside*) Me quaerit. núm quid nam ecfert? óccidi:
Nil uídeo. **AE.** (*seeing Ctesipho*) Ehem, ŏpportúne: te ipsum quaéro: quid fit, Ctésipho?
In tútost omnis rés: omitte uéro tristitiém tuam.
CT. (*effusively*) Ego ĭllam hércle uero omítto, qui quidĕm te hábeam fratrem: o mi Aéschine,
O mí germane! ah, uéreor coram in ós te laudare ámplius,
Ne id ádsentandi mágĭs quam quo habeam grátum facere exístumes.

261. **caput**, "*fellow*." 262. **Quin**, *really*. 264. **potest**, sc. *esse*.—**crepuit**: used for the creaking of the door when one was coming out. 269. **germane**, *own brother*. 270. **adsentandi**, *flattering*; sc. *causa*.

AE. Age inépte, quasi nunc nón norimus nós inter nos, Ctésipho!
Hoc míhi dolet, nos séro *re*scisse ét *rem* paene in eúm locum
Redísse, ut si omnes cúperent tibi nil póssent auxiliárier.
CT. Pudébat. **AE.** (*reproachfully*) Ah, stultítiast istaec, nón pudor. tam ob páruolam
Rem paéne e patria! túrpe dictu. deós quaeso ut ĭstaec próhibeant.
CT. Peccáui. **AE.** (*to Syrus, ignoring Sannio*) Quid aït tándem nobis Sánnio? **SY.** Iam mítis est.
AE. Ego ád forum ibo, ut húnc absoluam; tu *i* íntro ad illam, Ctésipho. (*Exit Aeschinus. Ctesipho goes into the house.*)
SA. (*in a low tone*) Syre, ínsta! **SY.** (*starting to follow Aeschinus*) Eamus; námque hic properat ín Cyprum. **SA.** N*on* tám quidem,
Quam‿uís: etiam maneo ótiosus híc. **SY.** Reddetur: né time.
SA. At ut ómne reddat. **SY.** Ómne reddet; tácĕ modo ac sequere hác. **SA.** Sequor (*starting toward the Forum*).
CT. (*from the door*) Heus heús, Syre. **SY.** Quid ĕst? **CT.** Óbsecro te hercle, hóminem istum inpuríssumum
Quam prímum absoluitóte, ne, si mágis inritatús siet,
Aliqua ád patrem hoc permánet atque ego túm perpetuo périerim.
SY. (*assuringly*) Non fíet, bono animo és: tu cum illa te íntus oblecta ínterim

273. **auxiliarier**, *auxiliari*. 275. **e patria**, sc. *fugere*. 278. **insta**, *insist upon the payment*. 282. **siet**, *sit*. 283. **Aliqua**, sc. *via*.

Et léctulos iubĕ stérni nobis ét parari cétera.
Ego iám transacta ré conuortam mé domum cum obsónio.
CT. Ita, quaéso. quando hoc béne successit, hílarem hunc sumamús diem. (*Closes the door.*)
(*Exit Syrus to Aeschinus at the Forum.*)

285. **lectulos**, *couches for dinner*. 286. **obsonio**, "*purchases for dinner*," which Syrus could buy **at** the market. 287. **Ita**, **quaeso**, *yes, please*.

ACTVS III.

Sc. 1.

Sostrata expresses to her old nurse, Canthara, her anxiety concerning her daughter Pamphila.

[*Enter Sostrata and Canthara from Sostrata's house to see if her slave Geta or Aeschinus is coming.*]

SOSTRATA MVLIER — CANTHARA ANVS

SO. Óbsecro, mea nútrix, quid nunc fíet? **CA.** Quid fiát, rogas?
Recte édepol spero. módo dolores, méa tu, occipiunt prímulum:
Iam núnc times, quasi númquam adfueris, númquam tute pépereris?
SO. Miserám me, neminem hábeo, solae súmŭs; Geta autem hic nón adest;
Néc quem ad obstetrícem mittam, néc qui accersat Aéschinum.
CA. Pól ĭs quidem iam hic áderit; nam numquam únum intermittít diem,
Quin sémper ueniat. **SO.** Sólus mearum míseriarumst rémedium.
CA. É re nata mélius fieri haud pótuit quam factúmst, era,

289. **mea tu,** "*my dear.*"—**primulum,** *for the first time.* 291. **Geta:** Sostrata had but one slave. 292. **obstetricem,** *midwife.*—**accersat,** *summon.* 295. **E re nata,** *under the circumstances.*

Quándo uitium oblátumst, quod ad illum áttinet potíssumum,
Tálem, tali génere atque animo, nátum ex tanta fámilia.
SO. Íta pol est ut dícis: saluos nóbis deos quaeso út siet.

Sc. 2.

Geta having seen Aeschinus forcibly seizing the music-girl, returns home to tell Sostrata and consult about the course they ought to pursue.

[*Enter Geta in great haste from the market-place.*]

GETA	SOSTRATA	CANTHARA
SERVOS	MVLIER	ANVS

GE. (*soliloquizes*) Nunc íllud est, quom, si ómnia omnes súa consilia cónferant
Atque huíc malo salútem quaerant, aúxili nil ádferant,
Quod míhique eraeque fíliaeque erílist. uae miseró mihi!
Tot rés repente círcumuallant, únde emergi nón potest:
Vís, egestas, íniustitia, sólitudo, infámia.
Hócine saeclum! o scélera, o genera sácrilega, o hominem ínpium!
SO. (*aside to Canthara*) Me míseram, quid nam est quód sic uideo tímidum et properantém Getam?
GE. (*not yet seeing Sostrata*) Quem néque fides neque iús iurandum néque illum misericórdia
Représsit neque refléxit neque quod pártus instabát prope,

296. **quod**: conjunction. — **illum**, i.e. Aeschinus. 298. **siet**, *sit*. 301. **mihique**: a good slave always considered himself a member of the family. — **erili** = *erae*. 302. **circumuallant**, *beset*. 304. **Hocine saeclum**, *what an age is this!* 307. **partus**, *birth*.

Quoi míserae indigne pér uim uitium obtúlerat. **SO.** (*to Canthara*) Non intéllego
Sátĭs quae loquitur. **CA.** (*in a low tone to Sostrata*) Própius obsecro áccedamus, Sóstrata. **GE.** (*not yet observing Sostrata*) Ah,
Me míserum! uix sum cómpos animi, ita árdeo iracúndia.
Nil ést quod malim quam íllam totam fámiliam darĭ mi óbuiam,
Vt ego hánc iram in eos éuomam omnem, dum aégritudo haec ést recens.
[Satĭ́s mihi id habeam súpplici, dum illós ulciscar *meó* modo.]
(*fiercely*) Seni ánimam primum extínguerem ipsi, qui íllud produxít scelus;
Tum autém Syrum inpulsórem, uah, quibus íllum lacerarém modis!
Sublíme*n* medium arríperem et capite pró*n*um in terra státuerem,
Vt cérebro dispergát uiam.
Ádulescenti ipsi ériperem oculos, póst haec praecipitém darem.
Céteros ruerem, ágerem, raperem, túnderem et prostérnerem.
Sed césso eram hoc malo ínpertire própere? **SO.** Reuocemús: (*to Geta*) Geta. **GE.** Hem,
(*without looking up*) Quísquis es, sine me. **SO.** Égo sum Sostrata. **GE.** V́bi east? te ipsam quaérito,

310. **compos**, *master*. 311. **dari . . . obuiam**, *be thrown in my way*. 312. **euomam**, *I might vent*. 316. **Sublimen**, *on high*. 318. **praecipitem darem**, *I would dash him headlong*. 319. **ruerem**, *I would hurl to the ground*. — **tunderem**, *I would beat*. 321. **sine me**, *let me alone*.

Te éxpecto; oppido ópportune te óbtulisti mi óbuiam.
Éra . . . (*in a hesitating manner*) **SO.** Quid est? quid trépidas? **GE.** (*despairingly*) Ei mi! **CA.** Quíd festinas, mí Geta?
Ánimam recipe. **GE.** prórsus . . . **SO.** Quid ĭstuc 'prórsus' ergost? **GE.** périimus.
Áctumst. **SO.** (*entreatingly*) Eloquere, óbsecro te, quíd sit? **GE.** Iam . . . **SO.** Quid 'iám,' Geta?
GE. Aéschinus . . . (*reluctantly*) **SO.** Quid is érgo? **GE.** alienus ést ab nostra fámilia. **SO.** (*in despair*) Hem!
Périi. qua re? **GE.** Amáre occepit áliam. **SO.** Vae miseraé mihi!
GE. Néque id occulte fért, a lenone ípsus eripuít palam.
SO. Sátine hoc certumst? **GE.** Cértum. hisce oculis égomet uidi, Sóstrata. **SO.** Ah,
Me míseram! quid iam crédas? aut quoi crédas? nostrumne Aéschinum,
Nostrám uitam omnium, ín quo nostrae spés opesque omnés sitae
Erănt, quí sine hac iurábat se unum númquam uicturúm diem,
Qui se ín sui gremió positurum púerum dicebát patris,
Ita óbsecraturum, út liceret hánc sibi ŭxorem dúcere?
GE. Era, lácrumas mitte ac pótius quod ad hanc rem ópus est porro próspice:
Patiámurne an narrémus quoipiam? **CA.** (*amazed*) Aú au, mĭ homo, sánun es?
An hŏc próferendum tíbi uidetur úsquam? **GE.** Mi quidĕm nón placet.

322. **oppido**, *most.* — **obtulisti mi obuiam**, *you have met me.* 324. **Animam recipe**, *take breath.* — **prorsus**, *wholly.* 326. **alienus**, *not friendly.*

Iam prímum illum alieno ánimo a nobis ésse res ipsa índicat.
Nunc si hóc palam proférimus, ille infítias ibit, sát scio:
Tua fáma et gnatae uíta in dubium uéniet. tum si máxume
Fateátur, quom amet áliam, non est útile hanc illí dari.
Quaprópter quoquo pácto tacitost ópus. **SO**. (*objecting to this decision*) Ah, minume géntium!
Non fáciam. **GE**. Quid ages? **SO**. Próferam. **CA**. Hem, mea Sóstrata, uidĕ quám rem agas.
SO. (*decidedly*) Peióre res locó non potis est ésse quam in quo núnc sitast.
Primum índotatast; túm praeterea, quaé secunda ei dós erat,
Periít: pro uirginḗ darĭ nuptum nón potest. hoc rélicuomst:
Si infítias ibit, téstis mecum est ánulus quem amíserat.
Postrémo quando ego cónscia mihi sum á me culpam esse hánc procul,
Neque prétium neque rem ullam íntercessisse ílla aut me indignám, Geta,
Expériar. **GE**. Quid ĭstic? cédo, ut melius dícis. **SO**. Tu, quantúm potest,
Abi ătque Hégioni, cógnato eius, rem énarrato omnem órdine;
Nam is nóstro Simuló fuit summus ét nos coluit máxume.

339. **infitias ibit**, *he will deny*. 342. **tacitost opus**, *we must keep quiet*.—**minume gentium**, "*not for the world*." 345. **indotatast**, *she has no dowry*. 347. **anulus**, *ring*. 349. **pretium**, i.e. she is not a courtesan. 350. **Experiar**, *I will go to law*. 351. **eius**, i.e. Pamphila. 352. **Simulo**, father of Pamphila.—**summus**, sc. *amicus*.

GE. Nam hercle álius nemo réspicit nos. (*Exit Geta.*) **SO.** Própera tu, mea Cánthara,
Curre, óbstetricem accérse, ut quom opŭs sit ne ín mora nobís siet. (*Exeunt.*)

Sc. 3.

Demea has heard, during his delay in the city, that Ctesipho, his son, has been mixed up in the abduction of the music-girl. Seeking Ctesipho at his brother's house, he finds Syrus, who assures him that Ctesipho rebuked Aeschinus for his evil deeds, and then went home. Demea expresses his joy in the conduct of Ctesipho and tells how he was educated.

[*Enter Demea from the Forum.*]

DEMEA SENEX   SYRVS SERVOS

DE. (*soliloquizes*) Dispérii! Ctesiphónem audiui fílium
Vná fuisse in ráptione cum Aéschino.
Id mísero restat míhi mali, si illúm potest,
Qui aliquoí reist etiam, eum ád nequitiem addúcere.
Vbi ego íllum quaeram? crédo abductum in gáneum
Aliquó: persuasit ílle inpurus, sát scio. (*Syrus approaches with two other slaves from the market.*)
Sed ĕccúm Syrum ire uídeo: iam hinc scibo úbi siet.
Atque hércle hic de grege íllost: si me sénserit
Eum quaéritare, númquam dicet cárnufex.
Non óstendam id me uélle. **SY.** (*soliloquizes, not seeing Demea*) Omnem rem módo seni

357. **illum**, i.e. Ctesipho. 358. **Qui . . . reist**, *who is good for something.*— **aliquoi**, *alicui.* 359. **ganeum**, *den.* 361. **eccum**, *look;* used parenthetically. — **scibo**, i.e. *sciam.* 362. **Atque**, *and yet.* 363. **carnufex**, *hangman.* 364. **seni**, i.e. Micio.

Quo pácto haberet, énarramus órdine:
Nil quícquam uidi laétius. **DE.** (*aside*) Pro Iúppiter,
Hominís stultitiam! **SY.** (*still soliloquizes*) Cónlaudauit fílium;
Mihi, qui íd dedissem cónsilium, egit grátias.
DE. (*aside*) Disrúmpor! **SY.** (*still soliloquizing*) Argentum ádnumerauit ílico;
Dedít praeterea in súmptum dimidiúm minae;
Id dístributum sáne est ex senténtia. **DE.** (*contemptuously to audience*) Hem,
Huic mándes, si quid récte curatúm uelis.
SY. (*turning toward the house, suddenly discovering Demea*) Ehĕm Démea, haud aspéxeram te. quíd agitur?
DE. Quid agátur? (*ironically*) uostram néqueo mirarí satis
Ratiónem. **SY.** Est hercle inépta; ne dicám dolo,
Absúrda. (*to slave Dromo*) piscis céteros purgá, Dromo;
Gongrum ístum maxumum ín aqua sinito lúdere
Tantísper: ubi ego rédiero, exossábitur;
Priŭs nólo. **DE.** Haecine flagítia! **SY.** Mi quidĕm nón placent,
Et clámo saepe. (*addressing slave Stephanio*) sálsamenta haec, Stéphanio,
Fac mácerentur púlchre. **DE.** Di uostrám fidem,
Vtrúm studione id síbi habet an laudí putat
Fore, sí perdiderit gnátum? uae miseró mihi!
Vidére uideor iám diem illum, quom hínc egens
Profúgiet aliquo mílitatum. **SY.** O Démea,

375. **Rationem**, "*doings.*" 376. **purga**, *clean.* 377. **Gongrum**, *conger eel.* 378. **exossabitur**, *it shall be boned.* 380. **Salsamenta**, *salted fish.* 381. **Fac macerentur**, *see that they are soaked.* — **fidem**, sc. *imploro.* 385. **militatum**, *to serve as a soldier.*

Istúc est sapere, nón quod ante pedés modost
Videre, sed etiam ílla quae futúra sunt
Prospícere. **DE**. Quid? ĭstaec iám penes uos psáltriast?
SY. Ellam íntus. **DE**. (*indignantly*) Eho, ăn domíst habiturus? **SY**. Crédo, ut est
Deméntia. **DE**. (*with uplifted hands*) Haecin fíeri! **SY**. Inepta lénitas
Patris ét facilitas práua. **DE**. Fratris mé quidem
Pudét pigetque. **SY**. (*insinuatingly*) Nímium inter uos, Démea,
(Non quía ades praesens díco hoc) pernimium ínterest.
Tu, quántus quantu's, níl nisi sapiéntia es,
Ĭlle sómnium. *num* síneres uero illúm tuom
Facere haéc? **DE**. Sinerem illum? aut nón sex totis ménsibus
Prius ólfecissem, quám ille quicquam coéperet?
SY. Vigiléntiam tuam tú mihi narras? **DE**. Síc siet
Modo ŭt núnc est, quaeso. **SY**. Vt quísque suom uolt ésse, itast.
DE. (*with pretended indifference*) Quid eúm? uidistin hódie? **SY**. Tuomne fílium?
(*aside*) Abigam húnc rus. (*to Demea*) iam dudum áliquid ruri agere árbitror.
DE. Satĭn scís ibi esse? **SY**. Oh, qui égomet produxi. **DE**. Óptumest:
Metuí ne haereret híc. **SY**. Atque iratum ádmodum.
DE. Quid aútem? **SY**. Adortust iúrgio fratrem ápŭd forum

388. **penes uos**, *in your house*. 389. **ut est**, *such is*. 394. **quantus quantu's**, i.e. from head to foot. 395. **somnium**, *a dreamer*. 397. **olfecissem**, *have got wind of it*. 404. **iurgio**, *quarrel*.

De psáltria istac. **DE**. (*joyfully*) Aín uero? **SY**. Ah, nil réticuit.
Nam ut númerabatur fórte argentum, intéruenit
Homo de ínprouiso: coépit clamare 'o Aéschine,
Haecíne flagitia fácere te! haec te admíttere
Indígna genere nóstro!' **DE**. Oh, lacrumo gaúdio!
SY. 'Non tu hóc argentum pérdis, sed uitám tuam.'
DE. Saluós sit, spero. est símilis maiorúm suom. **SY**. Hui!
DE. Syre, praéceptorum plénust istorum ílle. **SY**. Phy!
Domi hábuit unde dísceret. **DE**. Fit sédulo:
Nil praétermitto; cónsuefacio; (*enthusiastically*) dénique
Inspícere tamquam in spéculum in uitas ómnium
Iubeo átque ex aliis súmere exemplúm sibi:
'Hoc fácito.' **SY**. Recte sáne. **DE**. 'Hoc fugito.' **SY**. Cállide.
DE. 'Hoc laúdist.' **SY**. Istaec rés est. **DE**. 'Hoc uitió datur.'
SY. Probíssume. **DE**. Porro aútem . . . **SY**. (*impatiently*) Non hercle ótiumst
Nunc mi aúscultandi. píscis ex senténtia
Nactús sum: ei mihi ne córrumpantur caútiost.
Nam id nóbis tam flagítiumst quam illa, Démea,
Non fácere uobis, quaé modo dixti; et, quód queo,
Conséruis ad eundem ístunc praecipió modum:
(*imitating Demea in tone and manner*) 'Hoc sálsumst, hoc adústumst, hoc lautúmst parum;

408. **haec . . . admittere**, *to think that you would commit these crimes!* 412. **Phy**, *tush!* 413. **unde** = *a quo*. 414. **consuefacio**, *"I keep him at it."* 415. **speculum**, *mirror*. 418. **laudist**, *praiseworthy*. 421. **cautiost** = *cavendum est, I must be careful*. 424. **Conseruis**, *fellow-slaves*. 425. **adustumst**, *is scorched*. — **lautumst**, *is washed*.

Illúd recte: iterum síc memento.' sédulo
Moneó, quae possum pró mea sapiéntia:
Postrémo tamquam in spéculum in patinas, Démea,
Inspícere iubeo et móneo quid facto úsŭs sit.
(*in usual tone*) Inépta haec esse, nós quae facimus, séntio;
Verúm quid facias? út homost, ita morém geras.
Num quíd uis? **DE.** Mentem uóbis meliorém dari.
SY. Tu rús hinc ibis? **DE.** Récta. **SY.** Nam quid tu híc agas,
Vbi sí quid bene praecípias, nemo obtémperet? (*Goes into Micio's house.*)
DE. Ego uéro hinc abeo, quándo is, quam ob rem huc uéneram,
Rus ábiit: illum cúro unum, ille ad me áttinet:
Quando íta uolt frater, de ístoc ipse uíderit.
(*Starting towards home, he discovers Hegio in the distance.*)
Sed quís ĭllic est, quem uídeo procul? estne Hégio
Tribúlis noster? sí satĭs cerno, is ĕst hércle. (*soliloquizes*) uah,
Homo amícus nobis iam índe a puero! o dí boni,
Ne ĭllíus modi iam nóbis magna cíuium
Penúriast antíqua uirtute ác fide!
Haud cíto mali quid órtum ex hoc sit públice.
Quam gaúdeo! ubi etiam húius generis réliquias
Restáre uideo, uíuere etiam núnc lubet.
Oppériar hominem hic, út salutem et cónloquar.

426. **Illud**, sc. *fecisti*. 428. **patinas**, *stew-pans*. 439. **Tribulis**, *fellow-tribesman*. 441. **Ne**, *surely*.

Sc. 4.

Hegio, having learned from Geta that Aeschinus has betrayed Pamphila and then seemingly deserted her for a music-girl, is glad to meet Demea. He tells him the story and insists that justice be done to Pamphila.

[*Enter Hegio and Geta talking together, at first not noticing Demea.*]

HEGIO DEMEA GETA (PAMPHILA)
SENES II SERVOS VIRGO

HE. Pro di ínmortales, fácinus indignúm, Geta,
Quod nárras! **GE.** Sic est fáctum. **HE.** Ex illan fámilia
Tam inlíberale fácinus esse ortum! o Aéschine,
Pol haúd paternum istúc dedisti! **DE.** (*aside*) Vídĕlicet
De psáltria hac audíuit: id ĭlli núnc dolet
Aliéno, pater eius níli pendit. eí mihi,
Vtinam híc prope adesset álicubi atque audíret haec!
HE. Nisi fácient quae illos aéquomst, haud sic aúferent.
GE. (*entreatingly*) In té spes omnis, Hégio, nobís sitast:
Te sólum habemus, tú es patronus, tú pater:
Illé tibi moriens nós commendauít senex:
Si déseris tu, périimus. **HE.** Cauĕ díxeris:
Neque fáciam neque me sátĭs pie posse árbitror.
DE. (*aside*) Adíbo. (*to Hegio*) saluere Hégionem plúrimum

450. **paternum**, *like your father*. 452. **pater**, i.e. Micio. 453. **hic**, i.e. Micio. 454. **auferent**, *escape*. 458. **Caue dixeris**, *don't mention it;* viz. *si deseris*.

Iubeo. **HE.** (*surprised*) Óh, te quaerebam ípsum: salue, Démea.
DE. Quid aútem? **HE.** Maior fílius tuos Aéschinus,
Quem frátri adoptandúm dedisti, néque boni
Neque líberalis fúnctus officiúmst uiri.
DE. Quid ĭstúc est? **HE.** Nostrum amícum noras Símulum
Aequálem? **DE.** Quid ni? **HE.** Fíliam eius uírginem
Vitiáuit. **DE.** Hem. **HE.** Manĕ: nón dum audisti, Démea,
Quod ést grauissumum. **DE.** (*troubled*) Án quicquam est etiam ámplius?
HE. Vero ámplius; nam hoc quíděm ferundum aliquó modost:
Persuásit nox, amór, uinum, adulescéntia:
Humánumst. ubi scit fáctum, ad matrem uírginis
Venit ípsus ultro lácrumans, orans, óbsecrans,
Fidém dans, iurans sé illam ducturúm domum.
Ignótumst, tacitumst, créditumst. uirgo éx eo
Compréssu grauida fáctast; mensis décumus est:
Ĭlle bónŭs (*ironically*) uir nobis psáltriam, si dís placet,
Paráuit, quicum uíuat; illam déserit.
DE. Pro cérton tu istaec dícis? **HE.** Mater uírginis
In médiost, ipsa uírgo, res ipsa, (*pointing to Geta*) híc Geta
Praetérea, ut captus ést seruorum, nón malus
Neque inérs: alit illas, sólus omnem fámiliam
Susténtat: hunc abdúce, uinci, quaére rem.

464. **functus officiumst**: *fungor* governs the accusative in Terence. 474. **ignotumst**, *he is forgiven.* 477. **quicum** = *quacum.* 479. **In mediost**, *is at hand.* 480. **ut . . . seruorum**, *as slaves go.*

GE. Immo hércle extorque, nísi ita factumst, Démea.
(*confidently*) Postrémo non negábit: coram ipsúm cedo.
DE. (*hanging his head*) Pudét: nec quid agam né*que* quid huic respóndeam
Sció. (**PA.**) (*from within the house*) Miseram me, dífferor dolóribus!
Iunó Lucina, fér opem! serua me óbsecro! **HE.** Hem!
Num nam ílla, quaeso, párturit? **GE.** Certe, Hégio. **HE.** Em,
Illaéc fidem nunc uóstram inplorat, Démea:
Quod uós ius cogit, íd uoluntate ímpetret.
Haec prímum ut fiant deós quaeso, ut uobís decet.
Sin áliter animus uóster est, ego, Démea,
Summá ui defendam hánc atque illum mórtuom.
Cognátus mihi erat; úna a pueris páruolis
Sumus éducti; una sémper militiae ét domi
Fuimús; paupertatem úna pertulimús grauem.
Quaprópter nitar, fáciam, experiar, dénique
Animám relinquam pótius quam illas déseram.
Quid míhi respondes? **DE.** Frátrem conueniam, Hégio.
HE. Sed, Démea, hoc tu fácito cum animo cógites:
Quam uós facillume ágitis, quam estis máxume
Poténtes, dites, fórtunati, nóbiles,
Tam máxume uos aéquo animo aequa nóscere
Opórtet, si uos uóltis perhiberí probos. (*Turns abruptly away.*)
DE. Redíto: fient quaé fieri aequomst ómnia.
HE. Decét te facere. (*turning to Geta*). Géta, duc me intro ad Sóstratam. (*Follows Geta into Sostrata's house.*)

484. **negabit**, sc. Aeschinus. 501. **Quam uos facillume, . . . tam maxume**, *as you live in the greatest ease, etc., . . . so especially.*

DE. (*soliloquizes*) Non me índicente haec fíunt: utinam hic sít modo
Defúnctum! uerum nímia illaec licéntia
Profécto euadet ín aliquod magnúm malum.
Ibo ác requiram frátrem, ut in eum haec éuomam.
(*Exit to the Forum, where he hopes to find Micio.*)

Sc. 5.

[*Enter Hegio from Sostrata's house, stopping at the door for a moment to tell his plan.*]

HEGIO
SENEX

Bono ánimo fac sis, Sóstrata, et ĭstam quód potes
Fac cónsolere. ego Mícionem, si ápŭd forumst,
Conuéniam atque ut res géstast narrabo órdine:
Si est, *ís* facturus út sit officiúm suom,
Faciát; sin aliter de hác re est eius senténtia,
Respóndeat mi, ut quíd agam quam primúm sciam.
(*Exit towards the Forum.*)

507. **Non . . . indicente**, *not without warning from me.*—**sit . . . Defunctum**, *were the end.* 511. **istam**, i.e. Pamphila.

ACTVS IV.

Sc. 1.

Ctesipho having been told that his father has gone home, is anxious lest he return too soon, and discusses the situation with Syrus.

[*Enter Ctesipho and Syrus from Micio's house.*]

CTESIPHO	SYRVS
ADVLESCENS	SERVOS

CT. (*eagerly*) Aín patrem hinc abísse rus? **SY.** Iam dúdum. **CT.** Dic sodés. **SY.** Apŭd uillamst:
Núnc quom maxume óperis aliquid fácere credo. **CT.** Vtinám quidem!
Quod cúm salute eius fíat, ita se défetigarít uelim,
Vt tríduo hoc perpétuo prorsum e lécto nequeat súrgere.
SY. Ita fíat, et ĭstoc sí quid potis est réctius. **CT.** Ita; nam húnc diem
Miseré nimĭs cupio, ut coépi, perpetuom ín laetitia dégere.
Ét ĭllud rus nulla ália causa tám male odi, nísi quia propest:
Quód si abesset lóngius,
Príŭs nox oppressísset illi quam húc reuorti pósset iterum.

517. **sodes** = *si audes, if you please.* 518. **Nunc quom maxume,** *at this precise moment.* 519. **Quod . . . fiat,** *so far as it can be done.* 520. **prorsum,** *at all.* 522. **Misere nimis:** double emphasis.—**degere,** *to pass.* 523. **rus,** i.e. the farm.

Núnc ubi me illic nón uidebit, iam húc recurret, sát scio:
Rogitábit mĕ, ubi fúerim: (*imitating his father's manner*) 'ego hoc tẹ tóto non uidí die.'
Quid dícam? **SY.** Nilne in méntemst? **CT.** (*hopelessly*) Numquam quícquam. **SY.** Tanto néquior.
Cliéns, amicus, hóspes nemost uóbis? **CT.** Sunt: quid póstea?
SY. Hisce ópera ut data sit. **CT.** (*surprised*) Quaé non data sit? nón potest fierí. **SY.** Potest.
CT. Intérdius; sed si híc pernocto, caúsae quid dicám, Syre?
SY. Vah, quám uellem etiam nóctu amicis óperam mos essét dari!
Quin tu ótiosus ésto: ego ĭllịus sénsum pulchre cálleo.
Quom féruit maxumé, tam placidum quási ouem reddo. **CT.** Quó modo?
SY. Laudári te lubénter audit: fácio te apud illúm deum.
Virtútes narro. **CT.** (*amazed*) Meás? **SY.** Tuas: homini ílico lacrumaé cadunt
Quasi púero gaudio. (*Demea appears in the distance.*) ém tibi autem! **CT.** Quíd nam est? **SY.** Lupus in fábula.
CT. (*in despair*) Pater ést? **SY.** *Is* ipsust. **CT.** Sýre, quid agimus? **SY.** Fúge modo intro, ego uídero.
CT. Si quíd rogabit, núsquam tu me: audístin? **SY.** Potin ut désinas? (*Ctesipho goes into the house, only partially closing the door.*)

528. **nequior**, *the worse.* 531. **Interdius**, *in the daytime.* 533. **sensum**, *sentiments.*—**calleo**, *I understand.* 534. **feruit**, *rages.* 537. **em . . . autem**, *but look out for yourself!* 539. **me**, sc. *uidisti.*

Sc. 2.

Demea has been unable to find his brother at the Forum and returns to see if he is at home. He has also learned that his son is not at the farm. He meets Syrus and is persuaded to make a second attempt to find his brother Micio.

[*Enter Demea from the Forum. Ctesipho is partially seen behind the door of Micio's house. Syrus stands at the back of the stage, near the door.*]

DEMEA	CTESIPHO	SYRVS
SENEX	ADVLESCENS	SERVOS

DE. (*soliloquizes*) Né ego homo sum infélix: fratrem núsquam inuenio géntium;
Praéterea autem, dum íllum quaero, a uílla mercennárium
Vídi: is filiúm negat esse rúri, nec quid agám scio.
CT. (*in a low tone from behind the door*) Sýre. **SY.** Quid est? **CT.** Men quaérit? **SY.** Verum. **CT.** Périi. **SY.** Quin tu animó bono es.
DE. (*continues soliloquizing*) Quíd hŏc, malum, infelícitatis? néqueo satĭs decérnere;
Nísi me credo huic ésse natum reí, ferundis míseriis.
Prímus sentió mala nostra, prímus rescisco ómnia;
Prímus porro obnúntio; aegre sólus, si quid fít, fero.
SY. (*aside, to audience*) Rídeo hunc: primum aít se scire: is sólus nescit ómnia.
DE. (*aside*) Núnc redeo: si fórte frater rédierit uisó. **CT.** (*from within*) Syre,

540. **Ne**, *surely*. — **nusquam . . . gentium**, *nowhere in the world*. 541. **mercennarium**, *hired servant*. 544. **Quid . . . malum**, *what, the mischief?* 546. **rescisco**, *I find out*. 549. **uiso**, *I am going to see*.

Óbsecro, uidĕ ne ílle huc prorsus se ínruāt. **SY.** Etiám taces?
Égo cauebo. **CT.** Númquam hercle hodie ego ístuc committám tibi;
Nám me iam in cellam áliquam cum illa cóncludam: id tutíssumumst. (*Closes the door and disappears.*)
SY. (*aside*) Áge, tamen ego hunc ámouebo. — **DE.** (*suddenly observing Syrus*) Séd ĕccum sceleratúm Syrum.
SY. (*pretending to have escaped from a beating, and soliloquizing*) Nón hercle hic quidém durare quísquam, si sic fít, potest.
Scíre equidem uoló, quot mihi sint dómini: quae haec est míseria!
DE. (*aside*) Quíd ĭlle gannit? quíd uolt? (*to Syrus*) quid aïs, bóne uir? est fratér domi?
SY. (*to Demea*) Quíd, malum, 'bone uír' mihi narras? équidem perii. **DE.** Quíd tibist?
SY. Rógitas? Ctesiphó me pugnis míserum et istam psáltriam
Ýsque occidit. **DE.** (*doubtfully*) Hém, quid narras? **SY.** Ém, uide ŭt discidít labrum.
DE. Quam ób rem? **SY.** Me inpulsóre hanc emptam esse aít. **DE.** (*distrustingly*) Non tu eum rus hínc modo
Próduxe aibas? **SY.** Fáctum; uerum uénit post insániens:
Níl pepercit. nón puduisse uérberare hominém senem!
Quem égo modo puerúm tantillum (*holding up his hands*) in mánibus gestauí meis.

556. **gannit**, *growl.* 558. **pugnis**, *fists.* 559. **labrum**, *lip.* 561. **Produxe** = *produxisse.* 563. **tantillum**, *so small.*

DE. Laúdo: (*with pride*) Ctesiphó, patrissas: ábĭ, uirum te iúdico.
SY. Laúdas? (*threateningly*) ne ille cóntinebit pósthac, si sapiét, manus.
DE. Fórtiter. **SY.** Perquám, quia miseram múlierem et me séruolum,
Quí referire nón audebam, uícit: hui, perfórtiter.
DE. Nón potuit meliús. idem quod ego séntit te esse huic reí caput.
(*starting toward Micio's house*) Séd ĕstne frater íntus? **SY.** Non est. **DE.** V́bi ĭllum inueniam, cógito.
SY. (*impudently*) Scío ubi sit, uerum hódie numquam mónstrabo. **DE.** (*angrily*) Hem, quid aĭ́s? **SY.** Ita.
DE. Dímminuetur tíbi quidem iam cérebrum. **SY.** (*with pretended respect*) At nomen néscio
Íllius hominis, séd locum noui úbi sit. **DE.** Dic ergó locum.
SY. Nóstin porticum ápŭd macellum hac deórsum? **DE.** Quid ni nóuerim?
SY. Praéterito hac récta platea súrsus: ubi eo uéneris,
Clíuos deorsum uórsus est: hac [te] praécipitato. póstea
Ést (*with a gesture toward it*) ad hanc manúm sacellum: ibi ángiportum própter est.
DE. Quód nam? **SY.** Illi ubi etiám caprificus mágna est. **DE.** Noui. **SY.** Hac pérgito.

564. **patrissas**, *take after your father*. 565. **ne**, *surely*. 566. **Perquam**, *exceedingly*. 570. **numquam**, *by no means*. 573. **macellum**, *meat-market*.—**hac deorsum**, *down this street*. 574. **Praeterito . . . sursus**, "*pass this way straight up the street*." 575. **Cliuos . . . est**, *there is a slope downwards*. 576. **angiportum**, *alley*. 577. **caprificus**, *wild fig-tree*.

DE. Íd quidem angipórtum non est péruium. **SY.** Verum hércle. uah,
Cénsen hominem me ésse? erraui: in pórticum rursúm redi:
Sáne hac multo própius ibis ét minor est errátio.
Scín Cratini huius dítis aedis? **DE.** Scío. **SY.** Vbi eas praetérieris,
(*with a gesture*) Ád sinistram hac récta platea; ubi ád Dianae uéneris,
Íto ad dextram. príūs quam ad portam uénias, apud ipsúm lacum
Ést pistrilla et éxaduorsum fábrica: ibist. **DE.** Quid íbi facit?
SY. Léctulos in sóle ilignis pédibus faciundós dedit.
DE. Ýbi potetis uós: (*ironically*) bene sane. séd cesso ad eum pérgere? (*Exit, in search of his brother.*)
SY. Í sane: ego te exércebo hodie, ut dígnus es, silicérnium.
(*soliloquizes*) Aéschinus odióse cessat: prándium corrúmpitur;
Ctésipho autem in amórest totus. égo iam prospiciám mihi:
Nám iam adibo atque únum quicquid, quód quidem erit bellíssumum,
Cárpam et cyathos sórbilans paulátim hunc producám diem. (*Goes into his master's house.*)

578. **peruium**, *thoroughfare*. 579. **hominem**, "*in my senses.*" 580. **erratio**, *danger of losing the way*. 582. **Ad sinistram**, sc. *praeterito*. — **Dianae**, sc. *templum*. 584. **pistrilla**, *a little mill*. — **fabrica**, *workshop*. — **ibist**, sc. Micio. 585. **Lectulos . . . sole**, *couches for use in the open air*. — **ilignis**, *oaken*. 586. **potetis**, *may drink*. 587. **silicernium**, "*dry bones.*" 588. **odiose**, *vexatiously*. 591. **sorbilans**, *sipping*.

Sc. 3.

Hegio has found Micio and discussed Aeschinus' conduct with him. They come to an agreement and proceed to tell their plan to Sostrata.

[*Enter Micio and Hegio, conversing in a friendly manner.*]

MICIO HEGIO
SENES II

MI. (*modestly*) Ego in hác re nil repério, quam ob rem laúder tanto opere, Hégio:
Meum ŏffícium facio: quód peccatum a nóbis ortumst, córrigo.
Nisi sí me in illo crédidisti esse hóminum numero, qui íta putant,
Sibi fíeri iniuriam últro, si quam fécere ipsi expóstules,
Et últro accusant. íd quia non est á me factum, agĭs grátias?
HE. Ah, mínume: numquam te áliter atque es *ésse* animum induxí meum.
(*imploringly*) Sed quaéso ut una mécum ad matrem uírginīs eas, Mício,
Atque ístaec eadem quaé mihi dixti túte dicas múlieri:
Suspícionem hanc própter fratrem eius ésse et illam psáltriam

* * * * * *

[**MI.** Si ita aéquom censes aút si ita opus est fácto, eamus. **HE.** Béne facis:]
Nam et ílli *ita* animum iám releuabis, quaé dolore ac míseria

Tabéscit, et tuo ŏffício fueris fúnctus. sed si alitér putas,
Egomét narrabo quaé mihi dixti. **MI.** Ímmo ego ibo. **HE.** Béne facis:
Omnés, quibŭs res sunt mínŭs secundae, mágĭs sunt nescio quó modo
Suspíciosi: ad cóntumeliam ómnia accipiúnt magis:
Proptér suam inpoténtiam se sémper credunt *lú*dier.
Quaprópter te ipsum púrgare ipsi córam placabílius est.
MI. Et récte et uerum dícis. **HE.** Sequere me érgo hac intro. **MI.** Máxume. (*Both enter Sostrata's house.*)

Sc. 4.

Aeschinus is in great distress because he knows that Sostrata has heard about the abduction of the music-girl. He decides to go to Sostrata's home and explain his conduct.

[*Enter Aeschinus from the Forum greatly depressed.*]

AESCHINVS
ADVLESCENS

(*soliloquizing*) Discrúcior animi:
Hocíne de inprouisó mali mihi óbici tántum,
V́t neque quid mé faciam néc quid agam certúm s*i*t!
Mémbra metŭ débilia súnt; animus timóre
Óbstipuit; péctore consístere nil cónsili quit.
Vah, quó modo hac me expédiam turba? tánta nunc
Suspício de me íncidit;
Néque ea inmerito: Sóstrata

603. **officio**: the only exception, if any, in early Latin to the acc. with this verb. 611. **quid me faciam**, *what will become of me.* 614. **turba**, *confusion.*

Crédit mihi me psáltriam hanc emísse; id anus mi indícium fecit.
Nắm ut hinc forte ad óbstetricem erăt míssa, ubi eam uidi, ílico
Accédo, rogito, Pámphilā quid agát, iam partus ádsiet,
Eon óbstetricem accérsat. illa exclámat 'abi, abi! iam, Aéschine,
Satĭs diú dedisti uérba: sat adhuc túa nos frustratást fides.'
"Hem, quíd ĭstuc, obsecro," ínquam "est?" 'ualeas, hábeas illam quaé placet.'
Sensi ílico id ĭllas súspicari, séd me reprehendí tamen,
Ne quíd de fratre gárrulae illi dícerem ac fierét palam.
Núnc quid faciam? dícam fratris ésse hanc? quod minumést opus
V́squam ecferri. ac mítto: fieri pótis est ut ne qua éxeat:
Íd ipsum metuo ut crédant. tot concúrrunt ueri símilia:
Égomet rapui ipse; égomet solui argéntum; ad me abductást domum.
Haéc adeo mea cúlpa fateor fíeri. non me hanc rém patri,
V́t ut erat gesta, índicasse! exórassem ut eam dúcerem.
Céssatum usque adhúc est: nunc porro, Aéschine, expergíscere.
Núnc hoc primumst: ád ĭllas ibo, ut púrgem me. accedam ád foris.

617. **anus**, i.e. Canthara. 621. **dedisti uerba**, *imposed on us.*—**frustratast**, *deceived.* 623. **reprehendi**, *checked.* 624. **garrulae**, *tell-tale.* 626. **ecferri**, *spread abroad.*—**ut . . . exeat**, *that it go no farther.* 630. **Vt . . . gesta**, *however bad the case was.* 631. **expergiscere**, *awake.*

Périi: (*trembling*) horresco sémper, ubi pultáre hasce occipió miser.
(*knocks on the door*) Heús, heus: Aeschinús ego sum. aperite áliquis actutum óstium.
Pródit nescio quís: concedam huc. (*Steps a little aside.*)

Sc. 5.

Micio coming out from Sostrata's house meets Aeschinus and frightens him by saying that a near relative is going to marry Pamphila and take her away. Aeschinus then tells his father about his interest in her, and after receiving a mild rebuke, is told that he may marry her.

[*Enter Micio from Sostrata's house.*]

MICIO SENEX — AESCHINVS ADVLESCENS

MI. (*finishing his conversation with Sostrata*) Íta uti dixi, Sóstrata,
Fácite; ego Aeschinúm conueniam, ut quó modo acta haec sínt sciat.
Séd quis ostium hóc pultauit? **AE.** (*aside*) Páter hercle est: perii. **MI.** Aéschine,
AE. (*aside*) Quid huĭc híc negotist? **MI.** Túne has pepulistí foris?
(*aside*) Tacĕt. quór non ludo hunc áliquantisper? mélius est,
Quandóquidem hoc numquam mi ípse uoluit dícere.
(*to Aeschinus*) Nil míhi respondes? **AE.** (*with confusion*) Nón equidem istas, quód sciam.

634. **actutum**, *immediately*. 641. **istas**, sc. *pepuli*. — **quod sciam**, *so far as I know*.

MI. Ita? nám mirabar, quíd hĭc negoti essét tibi.
(*aside*) Erúbuit: salua rés est. **AE.** Dic sodés, pater,
Tibi uéro quid ĭstic ést rei? **MI.** Nil mí quidem.
Amícus quidam me á foro abduxít modo
Huc áduocatum síbi. **AE.** (*anxiously*) Quid? **MI.** Ego dicám tibi:
Habitánt hic quaedam múlieres paupérculae;
Vt opínor eas non nósse te, et certó scio;
Neque ením diu huc migrárunt. **AE.** Quid tum póstea?
MI. Virgo ést cum matre. **AE.** Pérge. **MI.** Haec uirgo orbást patre;
Hic méus amicus ílli genere est próxumus:
Huic léges cogunt núbere hanc. **AE.** (*despairingly*) Perií! **MI.** Quid est?
AE. Nil: (*recovering himself*) récte: perge. **MI.** Is uénit ut secum áuehat:
Nam habitát Mileti. **AE.** (*astounded*) Hem, uírginem ut secum áuehat?
MI. Sic ést. **AE.** Miletum usque óbsecro? **MI.** Ita. **AE.** (*aside*) Animó malest.
Quid ĭpsaé? quid aiunt? **MI.** Quíd ĭllas censes? níl enim.
(*with seeming indifference*) Comménta mater ést, esse ex alió uiro
Nescío quo puerum nátum, neque eum nóminat;
Priórem esse illum, nón oportere huíc dari.
AE. (*eagerly*) Eho, nónne haec iusta tíbi uidetur póscere?

646. **aduocatum**, *adviser*. 650. **orbast**, *bereaved*. 655. **Animo malest**, *I am losing my senses*. 659. **Priorem . . . illum**, *that that one has a prior claim*.

MI. (*decidedly*) Non. **AE.** Óbsecro, non? án ĭllam hinc abducét, pater?
MI. Quid ĭllám ni abducat? **AE.** Fáctum a uobis dúriter
Inmísericorditérque atque etiam, si ést, pater,
Dicéndum magis apérte, inliberáliter.
MI. Quam ob rém? **AE.** Rogas me? (*with marked earnestness*) quíd ĭlli tandem créditis
Fore ánimi misero, qui ílla consueuít prior,
Qui infélix haud scio án ĭllam misere núnc amet,
Quom hanc síbi uidebĭt praésens praesenti éripi,
Abdúci ab oculis? fácinus indignúm, pater!
MI. Qua rátione istuc? quís despondit? quís dedit?
Quoi, quándo nupsit? aúctor his rebús quis est?
Quor dúxit alienam? **AE.** Án sedere opórtuit
Domĭ uírginem tam grándem, dum cognátus huc
Illínc ueniret, éxpectantem? haec, mí pater,
Te dícere aequom fúit et id deféndere.
MI. Ridículum! aduorsumne íllum causam dícerem,
Quoi uéneram aduocátus? sed quid ĭsta, Aéschine,
Nostra? aút quid nobis cum íllis? abeamús. (*Aeschinus begins to weep.*) quid est?
Quíd lacrumas? **AE.** (*imploringly*) Pater, óbsecro, ausculta. **MI.** (*in an affectionate tone*) Aéschine, audiui ómnia
Ét scio; nam tĕ́ amo: quo magĭs quaĕ́ agĭs curae súnt mihi

664. **inliberaliter,** "*ungenerously.*" 666. **animi**: genitive with *quid.* — **consueuit,** *consorted.* 667. **haud scio an,** *perhaps.* 668. **praesens praesenti,** *in his very presence.* 671. **Quoi, quando**: asyndeton. — **auctor**: usually the young man's father. 672. **alienam,** *stranger;* i.e. not connected with his family. 673. **grandem,** *advanced in years.* 678. **Nostra,** sc. *refert, how does it concern us?*

AE. Íta uelim me prómerentem amés, dum uiuas, mí pater,
V́t me hoc delictum ádmisisse in me, íd mihi uehementér dolet
Ét me tui pudét. **MI.** Credo hercle; nam íngenium nouí tuom
Líberale; séd uereor ne indíligens nimiúm sies.
(*chidingly*) Ín qua ciuitáte tandem te árbitrare uíuere?
Vírginem uitiásti, quam te nón ius fuerat tángere.
Iam íd peccatum prímum magnum, *mágnum*, at humanúm tamen:
Fécere alii saépe item boni. ăt póstquam id euenít, cedo:
Núm quid circumspéxti? aut num quid túte prospextí tibi,
Quíd fieret? qua fíeret? si te mi ípsum puduit próloqui,
Quá resciscerem? haéc dum dubitas, ménses abierúnt decem.
Pródidisti et te ét ĭllam miseram et gnátum, quod quidem ĭn té fuit.
Quíd? credebas dórmienti haec tíbi confecturós deos,
Ét ĭllam sine tua ópera in cubiculum ĭri deductúm domum?
Nólim ceterárum rerum té socordem eodém modo.
(*after a pause, to see the effect of his words*) Bóno animo es, ducés uxorem. **AE.** Hem. **MI.** Bóno animo es, inquám. **AE.** Pater,

681. **Ita uelim . . . dolet**, *So truly do I desire to deserve your love . . . as it grieves me . . .* 688. **cedo**, *tell me.* 691. **Qua resciscerem**, *how was I to find it out?* 692. **quod . . . fuit**, *so far, indeed, as you were concerned.* 695. **socordem**, *negligent.*

Óbsecro, num lúdis [nunc] tu me? **MI.** Égo te? quam ob rem? **AE.** Néscio:
Quía tam misere hoc ésse cupio uérum, eo uereór magis.
MI. Ábĭ domum ac deos cónprecare, ut úxorem accersás: abi.
AE. Quíd? iam uxorem? **MI.** Iám. **AE.** Iam? **MI.** Iam quantúm potest. **AE.** (*effusively*) Di mé, pater,
Ómnes oderínt, ni magĭs te quam óculos nunc ego amó meos.
MI. Quíd? (*playfully*) quam illam? **AE.** Aeque. **MI.** Pérbenigne. **AE.** Quíd? ĭlle ubist Milésius?
MI. Périit: abiit, náuem ascendit. séd quor cessas? **AE.** Ábĭ, pater:
Tú potius deos cónprecare; nám tibi eos certó scio,
Quó uir melior múlto es quăm ego, obtémperaturós magis.
MI. Égo eo intro, ut quae opŭs súnt parentur: tú fac ŭt dixi, sí sapis. (*Goes into his house.*)
AE. (*soliloquizes*) Quid hŏc ést negoti? hoc ést patrem esse aut hóc est filium ésse?
Si fráter aut sodális esset, quí magĭs morem géreret?
Hic nón amandus? hícine non gestándus in sinúst? hem!
Itaque ádeo magnam mi ínicit sua cómmoditate cúram,
Ne inprúdens faciam fórte quod nolít: sciens cauébo.
Sed césso ire intro, né morae meis núptiis egomét sim?
(*Follows Micio into the house.*)

705. **obtemperaturos**, *will listen to.* 708. **sodalis**, *comrade.* — **qui**, *how?* — **morem gereret?** cf. 214. 710. **commoditate**, *forbearance.* 711. **sciens**, *with my present knowledge.*

Sc. 6.

Demea having wandered all over the city in a vain search for Micio, determines to return to his brother's home to wait for him.

[*Enter Demea from the Forum, well-nigh exhausted.*]

DEMEA
SENEX

DE. (*soliloquizes*) Deféssus sum ambulándo: ut, Syre, te cúm tua
Monstrátione mágnus perdat Iúppiter!
Perréptaui usque omne óppidum: ad portam, ád lacum,
Quo nón? neque ĭlli fábrica ulla erat nec frátrem homo
Vidísse se aibat quísquam. nunc ueró domi
Certum óbsidere est úsque, donec rédierit.
(*Approaches Micio's house.*)

Sc. 7.

Micio leaving his house meets Demea, who immediately commences to express his feelings about Aeschinus' conduct. Micio tries to pacify him, tells him the plan he has arranged, and invites him to join in the festivities.

[*Enter Micio from his house.*]

MICIO DEMEA
SENES II

MI. (*to Aeschinus inside*) Ibo, íllis dicam núllam esse in nobís moram.

715. **Perreptaui**, *crawled through.*

DE. (*aside*) Sed ĕccum ípsum. (*to Micio*) te iam dúdum quaero, Mício.
MI. Quid nám? **DE.** Fero alia flágitia ad te ingéntia
Boni (*ironically*) ĭ́llius adulescéntis. **MI.** (*to audience*) Ecce autém! **DE.** Noua,
Capitália. **MI.** Ohe iam! **DE.** Néscis qui uir sít. **MI.** Scio.
DE. O stúlte, tu de psáltria me sómnias
Agere: hóc peccatum in uírginemst ciuém. **MI.** Scio.
DE. Oho; scís et patere? **MI.** Quíd ni patiar? **DE.** Díc mihi,
Non clámas? non insánis? **MI.** Non: malím quidem.
DE. Puĕr nátust. **MI.** Di bene uórtant! **DE.** Virgo níl habet.
MI. Audíui. **DE.** Et ducenda índotatast. **MI.** Scílicet.
DE. Quid núnc futurumst? **MI.** Ĭ́d enim quod res ípsa fert:
Illínc huc transferétur uirgo. **DE.** O Iúppiter,
Istócine pacto opórtet? **MI.** Quid faciam ámplius?
DE. Quid fácias? si non ípsa re tibi ĭstúc dolet,
Simuláre certe est hóminis. **MI.** Quin iam uírginem
Despóndi; res compósitast; fiunt núptiae;
Dempsí metum omnem: haec mágĭs sunt hominis. **DE.** Céterum
Placét tibi factum, Mício? **MI.** Non, sí queam
Mutáre. nunc quom nón queo, animo aequó fero.
Ita uítast hominum, quási quom ludas tésseris:

724. **somnias,** *you fancy.* 732. **oportet,** sc. *fieri.* 734. **est hominis,** *it is the duty of a man.* 736. **Dempsi,** *I have removed.* 739. **tesseris,** *dice.*

Si illúd, quod maxume ópus est, iactu nón cadit,
Illúd quod cecidit fórte, id arte ut córrigas.
DE. (*scornfully*) Corréctor! nempe tua árte uigintí minae
Pro psáltria periére, quae quantúm potest
Aliquo ábiciundast, sí non pretio, grátiis.
MI. Neque ést neque illam sáne studeo uéndere.
DE. Quid ígitur facies? **MI.** Dómi erit. **DE.** Pro diuóm fidem,
Meretríx et mater fámilias una ín domo!
MI. Quor nón? **DE.** Sanum te crédis esse? **MI.** Equidem árbitror.
DE. Ita mé di ament, ut uídeo ego tuam inéptiam,
Factúrum credo, ut hábeas quicum cántites.
MI. Quor nón? **DE.** Et noua nupta éadem haec discet. **MI.** Scílicet.
DE. Tu intér eas restim dúctans saltabís. **MI.** Probe.
DE. Probe? **MI.** Ét tu nobiscum úna, si opŭs sit. **DE.** Eí mihi!
Non te haéc pudent? **MI.** Iam uéro omitte, Démea,
Tuam ístanc iracúndiam, atque ita utí decet
Hilarum ác lubentem fác te gnati in núptiis.
Ego hós conuenio: póst huc redeo. (*Goes into Sostrata's house.*) **DE.** O Iúppiter,
Hancíne uitam! hoscin móres! hanc deméntiam!
Vxór sine dote uéniet; intus psáltriast;
Domŭs súmptuosa; aduléscens luxu pérditus;
(*more and more excitedly*) Senéx delirans. ípsa si cupiát Salus,
Seruáre prorsus nón potest hanc fámiliam.

743. **quantum potest**, *as soon as possible.* 744. **gratiis**, *for nothing.* 745. **est**, sc. *abicienda.* 750. **quicum** = *quacum.* — **cantites**, *practise singing.* 752. **restim**, *cord.* 757. **hos**, i.e. Hegio and Sostrata.

Sc. 8. [Actus V. Sc. 1.]

Syrus comes out of the house, evidently intoxicated, and well satisfied with himself. Demea meets him and expresses his disgust with the condition of affairs at his brother's house.

[*Enter Syrus.*]

SYRVS — SERVOS
DEMEA — SENEX

SY. (*soliloquizes*) Edepól, Syrisce, té curasti mólliter
Lautéque munus ádministrastí tuom:
Abĭ. séd postquam intus sum ómnium rerúm satur,
Prodeámbulare huc lúbitumst. **DE.** (*contemptuously to audience*) Illud sís uide:
Exémplum disciplínae! **SY.** (*aside*) Ecce autem híc adest
Senĕx nóster. (*to Demea*) quid fit? quíd tu es tristis? **DE.** Óh scelus!
SY. Ohe iám! tu uerba fúndis hic sapiéntia!
DE. Tu sí meus esses . . **SY.** (*impudently interrupting*) Dís quidem esses, Démea,
Ac tuám rem constabilísses. **DE.** Exemplo ómnibus
Curárem ut esses. **SY.** Quam ób rem? quid fecí? **DE.** Rogas?
In ípsa turba atque ín peccato máxumo,
Quod uíx sedatum sátis est, potastí, scelus,
Quasi ré bene gesta. **SY.** (*aside*) Sáne nollem huc éxitum.

763. **Syrisce**: a term of endearment. 764. **munus**, i.e. eating and drinking. 765. **Abi**, *good.* 766. **Prodeambulare**, *to take a walk.* — **sis** = *si vis.* 769. **Ohe iam**, sc. *desine.* — **sapientia**, "*old wiseacre.*" 770. **Dis**, *wealthy.* 773. **peccato**, i.e. Aeschinus' conduct toward Pamphila. 774. **sedatum**, *settled.* 775. **nollem . . . exitum**, *I wish I hadn't come out here.*

Sc. 9. [Actus V. Sc. 2.]

The slave Dromo comes to tell Syrus that Ctesipho wants him to come in. Demea thereupon suspects that his son is inside and determines to know in spite of Syrus' efforts to prevent him.

[*Dromo speaks from Micio's house.*]

Dromo	Syrvs	Demea
PVER	SERVOS	SENEX

DR. Heus Sýre, rogat te Ctésipho ut redeás. **SY.** Abi. (*Winking to him to keep still.*)
DE. (*suspiciously*) Quid Ctésiphonem hic nárrat? **SY.** Nil. **DE.** Eho, cárnufex,
Est Ctésipho intus? **SY.** Nón est. **DE.** Quor hic nóminat?
SY. Est álius quidam, párasitaster paúlulus:
Nostín? **DE.** (*decidedly*) Iam scibo. (*Going toward the house.*) **SY.** Quíd agis? quŏ abis? (*Holding him back.*) **DE.** Mítte me.
SY. Noli, ínquam. **DE.** Non manum ábstines, mastígia?
An tíbi iam mauis cérebrum dispergam híc? (*Opens the door and goes in.*) **SY.** (*soliloquizes*) Abit.
Edepól comissatórem haud sane cómmodum,
Praesértim Ctesiphóni! quid ego núnc agam?
Nisi, dum haéc silescunt túrbae, interea in ángulum
Aliquo ábeam atque edormíscam hoc uilli: síc agam.
(*Exit.*)

779. **parasitaster,** *a sorry parasite.* 781. **Noli,** sc. *intrare.* — **mastigia,** *scoundrel.* 783. **comissatorem,** *boon reveller.* 785. **turbae,** *turmoils.* 786. **edormiscam,** *sleep off.* — **hoc uilli,** *this sip of wine.*

Sc. 10. [Actus V. Sc. 3.]

Micio, returning from Sostrata's house, meets Demea, who, having seen his son and the music-girl enjoying a banquet together in his brother's house, is rendered almost frantic. He is however at last persuaded by Micio to remain to the wedding.

[*Enter Micio from Sostrata's house.*]

MICIO DEMEA
SENES II

MI. (*to Sostrata partially concealed by the door*) Paráta a nobis súnt, ita ŭt dixi, Sóstrata:
Vbi uís . . . quis nam a me pépulit tam grauitér foris?
DE. (*rushing out of Micio's house*) Ei míhi, quid faciam? quíd agam? quid clamem aút querar?
O caélum, o terra, o mária Neptuni! **MI.** (*aside*) Ém tibi!
Rescíuit omnem rem: íd nunc clamat scílicet.
Parátae lites: súccurrendumst. **DE.** (*beholding Micio*) Éccum adest
Commúnis corruptéla nostrum líberum.
MI. Tandém reprime iracúndiam atque ad té redi.
DE. Represssi, redii, mítto maledicta ómnia:
Rem ipsám putemus. díctum hoc inter nós fuit
(Ex te ádeo est ortum), né tu curarés meum
Neue égo tuom? respónde. **MI.** Factumst, nón nego.
DE. Quor núnc apud te pótat? quor recipís meum?
Quor émis amicam, Mício? num quí minus

788. **a me**, *at my house*. 790. **Em tibi**, "*look out now*." 792. **succurrendumst**, *I must interpose*. 793. **nostrum liberum**: genitive plural. 797. **meum**, sc. *filium*.

Mihi idém ius aequomst ésse quod mecúmst tibi?
Quando égo tuom non cúro, ne curá meum.
MI. Non aéquom dicis. **DE.** Nón? **MI.** Nam uetŭs uerbum hóc quidemst,
Commúnia esse amícorum inter se ómnia.
DE. (*ironically*) Facéte! nunc demum ístaec nata orátiost.
MI. Auscúlta paucis, nísi molestumst, Démea.
Princípio, si id te mórdet, sumptum fílii
Quem fáciunt, quaeso hoc fácito tecum cógites:
Tu illós duo olim pró re tollebás tua,
Quod sátĭs putabas túa bona ambobús fore,
Et mé tum uxorem crédidisti scílicet
Ductúrum. eandem illam rátionem antiquam óbtine:
Consérua, quaere, párce, fac quam plúrimum
Illís relinquas: glóriam tu istam óbtine.
Mea, quaé praeter spem euénere, utantúr sine.
De súmma nil decédet: quod hĭnc accésserit,
Id dé lucro putáto esse omne. haec sí uoles
In ánimo uere cógitare, Démea,
Et mi ét tibi et ĭllis démpseris moléstiam.
DE. Mittó rem: consuetúdinem amborúm . . . **MI.** Mane:
Scio: ístuc ibam. múlta in homine, Démea,
Signa ínsunt, ex quibŭs cóniectura fácile fit,
Duo quŏm idem faciunt, saépe ut possis dícere
'Hoc lícet inpune fácere huic, illi nón licet,'

805. **Nunc . . . oratiost**: Micio had previously claimed a *division* of duties between himself and brother. 807. **sumptum**: attracted to case of *quem*. 808. **facito . . . cogites**: circumlocution for *cogita*. 816. **summa**, i.e. the property of Demea. — **hinc**, i.e. Micio's possessions. 820. **rem**, *money*. — **consuetudinem**, *character*. 821. **istuc**, *to that subject*.

Non quó dissimilis rés sit, sed quo is quí facit.
Quae ego inésse in illis uídeo, ut confidám fore
Ita ŭt uólumus. uideo eos sápere, intellegere, ín loco
Veréri, inter se amáre: scirest líberum
Ingénium atque animum: quó uis illos tú die
Reddúcas. at enim métuas, ne ab re sínt tamen
Omíssiores paúlo. o noster Démea,
Ad ómnia alia aetáte sapimus réctius;
Solum únum hoc uitium adfért senectus hóminibus:
Adténtiores súmus ad rem omnes, quám sat est:
Quod ĭllós sat aetas ácuet. **DE.** Ne nimiúm modo
Bonaé tuae istae nós rationes, Mício,
Et túos iste animus aéquos subuortát. **MI.** Tace:
Non fíet. mitte iam ístaec; da te hodié mihi:
Expórge frontem. **DE.** Scílicet ita témpŭs fert:
Faciúndumst. ceterum égo rus cras cum fílio
Cum prímo luci ibo hínc. **MI.** De nocte cénseo:
Hodié modo hilarum fác te. **DE.** Et istam psáltriam
Vna íllue mecum hinc ábstraham. **MI.** Pugnáueris:
Eo pácto prorsum illi ádligaris fílium.
Modo fácito ut illam sérues. **DE.** Ego ĭstuc uídero.
Atque íbi fauillae pléna, fumi ac póllinis
Coquéndo sit faxo ét molendo; praéter haec
Merídie ipso fáciam ut stipulam cólligat:
Tam excóctam reddam atque átram quam carbóst. **MI.**
    Placet:

825. **quo**, *because*. 826. **Quae**, sc. *signa*. 827. **in loco**, *at the proper time*. 830. **Redducas**, sc. *ad officium*.—**ab re**, *in money matters*. 835. **Quod**, *in reference to this*.—**Ne . . . modo**, *only take care lest*. 837. **tuos** and **aequos**: nominatives. 839. **Exporge**, *smooth out*. 841. **luci** = *luce*; an old locative form.—**De nocte**, *before daybreak*. 843. **Pugnaueris**, *you will have gained the victory*. 844. **illi** = *illic*, i.e. at your home. 846. **fauillae**, *ashes*.—**pollinis**, *mill-dust*. 848. **stipulam**, *stubble*. 849. **excoctam**, *hard*.—**carbost**, *coal (is)*.

Nunc míhi uidere sápere. atque equidem fílium
Tum etiám si nolit cógam ut cum illa uná cubet.
DE. Derídes? fortunátu's, qui isto animó sies.
Ego séntio . . . **MI.** Ah, pergísne? **DE.** Iam iam désino.
MI. I ergo íntro, et quoi rei est, eí rei hunc sumamús diem. *(Both enter Micio's house.)*

854. **est**, i.e. *dies dicatur, is dedicated.*

ACTVS V.

Sc. 1. [4.]

Demea, having learned the agreeable results of Micio's indulgent disposition, decides to imitate it and thus secure friends for himself.

[*Enter Demea from Micio's house.*]

DEMEA
SENEX

(*soliloquizes*) Númquam ita quisquam béne subducta rátione ad uitám fuit,
Quín res, aetas, úsus semper áliquid adportét noui,
Áliquid moneat: út ĭlla quae te scísse credas néscias,
Ét quae tibi putáris prima, in éxperiundo ut répudies.
Quód nunc mi euenít; nam ego uitam dúram, quam uixi úsque adhuc,
Própe iam excurso spátio omitto. id quam ób rem? re ipsa répperi
Fácilitate níl esse homini mélius neque cleméntia.
Íd ĕsse uerum ex me átque ex fratre quoíuis facilest nóscere.
Ĭ̋lle suam egit sémper uitam in ótio, in conuíuiis,
Clémens, placidus, núlli laedere ós, adridere ómnibus;

855. **Numquam**, etc., *Never has any one so carefully balanced the account of life.* — **ratione**: ablative of characteristic. 860. **Prope . . . spatio**, *when now my course is almost run.* 861. **Facilitate**, *affability.* 863. **conuiuiis**, *entertainments.* 864. **nulli . . . os**, "*offends no one to his face.*"

Síbi uixit, sibi súmptum fecit: ómnes bene dicúnt, amant.
Égo ĭlle agrestis, saéuos, tristis, párcus, truculentús, tenax
Dúxi uxorem: quam íbi miseriam uídi! nati fílii:
Ália cura. heia aútem, dum studeo íllis ut quam plúrimum
Fácerem, contriui ín quaerundo uítam atque aetatém meam:
Núnc exacta aetáte hoc fructi pró labore ab eís fero,
Ódium; ille alter síne labore pátria potitur cómmoda.
Íllum amant, me fúgitant; illi crédunt consilia ómnia,
Íllum diligúnt, apud illum súnt ambo, ego desértŭs sum;
(*bitterly*) Íllum ut uiuat óptant, meam autem mórtem expectant scílicet.
Íta eos meo labóre eductos máxumo hic fecít suos
Paúlo sumptu: míseriam omnem ego cápio, hic potitur gaúdia.
Áge, age, nunciam éxperiamur cóntra, ecquid ego póssiem
Blánde dicere aút benigne fácere, quando hoc próuocat.
Égo quoque a meís me amari et mágni fieri póstulo:
Si íd fit dando atque óbsequendo, nón posteriorés feram.
Dĕerit: id mea mínume re fert, quí sum natu máxumus.

866. **truculentus**, *harsh.*—**tenax**, *grasping.* 869. **contriui**, *worn out.* 870. **exacta aetate**, *at the end of my life.* 871. **patria . . . commoda,** *a father's advantages; potior* in Terence sometimes governs the accusative. 878. **prouocat**, sc. Micio. 880. **posteriores**, sc. *partes, the second place.* 881. **Deerit**, sc. *res, if the money fails.*—**qui . . . maxumus,** *as I am the oldest.*

Sc. 2. [5.]

Demea secures the gratitude of Syrus by kind words.

[*Enter Syrus from Micio's house.*]

Syrvs	Demea
servos	senex

SY. Heus Démea, orat fráter ne abeas lóngius.
DE. Quis homo? (*with kindly tone*) ó Syre noster, sálue! quid fit? quíd agitur?
SY. (*astonished*) Recte. **DE.** Óptumest. (*aside*) iam núnc haec tria primum áddidi
Praetér naturam: 'o nóster, quid fit? quíd agitur?'
(*to Syrus*) Seruom haúd inliberálem praebes te, ét tibi
Lubéns bene faxim. **SY.** (*in a doubtful tone*) Grátiam habeo. **DE.** Atquí, Syre,
Hoc uérumst et ipsa re éxperiere própediem.

Sc. 3. [6.]

Demea makes a friend of Geta by promising to aid him, if any opportunity presents itself.

(*Enter Geta from Sostrata's house.*)

Geta	Demea
servos	senex

GE. (*to Sostrata, who stands at the door*) Era, ego húc ad hos prouíso, quam mox uírginem

886. **praebes**, *show*. 888. **propediem**, *at an early day*. 889. **ego** . . . *I am going to see how soon these people here* . . .

Accérsant. (*observes Demea*) sed ĕccum Démeam. (*to Demea*) saluós sies.
DE. O quí uocare? **GE.** Géta. **DE.** (*with a very kind manner*) Geta, hominem máxumi
Pretí te esse hodie iúdicaui animó meo;
Nam is míhi profectost séruos spectatús satis,
Quoi dóminus curaest, íta uti tibi sensí, Geta,
Et tíbi ob eam rem, sí quid usus uénerit,
Lubéns bene faxim. (*aside*) méditor esse adfábilis,
Et béne procedit. **GE.** Bónus es, quom haec exístumas.
DE. (*aside*) Paulátim plebem prímulum fació meam.

Sc. 4. [7.]

Demea secures the love of Aeschinus by assisting him to hasten the marriage.

[*Enter Aeschinus from Micio's house, without observing Demea.*]

AESCHINVS	DEMEA	SYRVS	GETA
ADVLESCENS	SENEX	SERVI II	

AE. (*soliloquizes*) Occídunt me quidem, dúm nimĭs sanctas núptias
Studĕnt fácere: in adparándo consumúnt diem.
DE. (*in a friendly tone*) Quid ágitur, Aeschine? **AE.** Éhĕm, pater mi, tu híc eras?
DE. Tuos hércle uero et ánimo et naturá pater,
Qui tĕ́ amat plus quam hosce óculos. sed quor nón domum
Vxórem accersis? **AE.** Cúpio; uerum hoc míhi moraest,

891. **qui** = *quo nomine.* 893. **profectost**, *certainly is.*

Tibícina et hymenaéum qui cantént. **DE.** (*affectionately*) Eho,
Vin tu huíc seni auscultáre? **AE.** Quid? **DE.** Missa haéc face,
Hymenaéum, turbas, lámpadas, tibícinas,
Atque hánc in horto máceriam iubĕ dírui
Quantúm potest: hac tránsfer; unam fác domum;
Tradúce et matrem et fámiliam omnem ad nós. **AE.** Placet,
Patér lepidissume. **DE.** (*aside*) Eúge, iam lepidús uocor.
Fratri aédes fient péruiae, turbám domum
Addúcet, sumptu amíttet multa: quíd mea?
Ego lépidus ineo grátiam. iubĕ núnciam
Dinúmeret ille Bábylo uigintí minas.
(*to Syrus*) Syre, céssas ire ac fácere? **SY.** Quid ego? **DE.** Dírue. (*Syrus goes into the house.*)
(*to Geta*) Tu illás abi et tradúce. **GE.** Di tibi, Démea,
Bene fáciant, quom te uídeo nostrae fámiliae
Tam ex ánimo factum uélle. (*Goes into Sostrata's house.*) **DE.** Dignos árbitror.
(*to Aeschinus*) Quid tú aïs? **AE.** Sic opínor. **DE.** Multo réctiust
Quam illám puerperam húc nunc duci pér uiam
Aegrótam. **AE.** Nil enĭm uídi melius, mí pater.
DE. Sic sóleo. (*observes Micio*) sed ĕccum Mício egreditúr foras.

905. **Tibicina**, *female flute-player.* — **hymenaeum**, *nuptial hymn.* 906. **Vin** = *visne.* — **Missa . . . face**, *dismiss these things.* 908. **maceriam**, *wall.* 909. **hac**, i.e. through the garden. 913. **sumptu . . . multa**, *he will suffer great loss through the expense.* — **mea**, sc. *refert.* 915. **ille Babylo**, *that nabob;* i.e. Micio. 918. **familiae . . . ex animo**, *according to the desire of our family.* 921. **puerperam**, *young mother.* — **uiam**, *the street.* 923. **Sic soleo**, *such is my wont.*

Sc. 5. [8.]

Micio is persuaded by Demea to marry Sostrata and to give to Hegio a little piece of property.

[*Enter Micio from his house, in great amazement.*]

MICIO DEMEA AESCHINUS
SENES II ADVLESCENS

MI. (*to slave tearing down the wall*) Iubĕt fráter? ubi is est? (*to Demea*) tún iubes hoc, Démea?
DE. Ego uéro iubeo et hác re et aliis ómnibus
Quam máxume unam fácere nos hanc fámiliam,
Colere, ádiuuare, adiúngere. **AE.** Ita quaesó, pater.
MI. Haud áliter censeo. **DE.** Ímmo hercle ita nobís decet.
Primum huíus uxorist máter. **MI.** Est. quid póstea?
DE. Proba ét modesta. **MI.** Ita áiunt. **DE.** Natu grándior.
MI. Scio. **DE.** Párere iam diu haéc per annos nón potest;
Nec qui eám respiciat quísquam est: solast. **MI.** (*aside*) Quam híc rem agit?
DE. Hanc te aéquomst ducere, (*to Aeschinus*) ét te operam ut fiát dare.
MI. (*astounded*) Me dúcere autem? **DE.** Té. **MI.** Me? **DE.** Te inquam. **MI.** Inéptis. **DE.** Si tu sís homo,
Hic fáciat. **AE.** Mi patér! **MI.** (*indignantly*) Quid, tu autem huic, ásine, auscultas? **DE.** Níl agis:
Fieri áliter non potést. **MI.** (*with increasing excitement*) Deliras. **AE.** Síne te exorem, mí pater.

932. **respiciat**, *would be mindful of.* 935. **asine**, *blockhead.* — **auscultas**, *listen.*

MI. Insánis: aufer. **DE.** Áge, da ueniam fílio. **MI.** Satĭn sánus es?
Ego nóuŏs maritus ánno demum quínto et sexagénsumo
Fiam átque anum decrépitam ducam? idne éstis auctorés mihi?
AE. Fac: prómisi ego ĭllis. **MI.** Prómisti autem? dé te largitór, puer.
DE. Age, quíd si quid te máius oret? **MI.** Quási non hoc sit máxumum.
DE. Da uéniam. **AE.** Ne grauére. **DE.** Fac, promítte. **MI.** Non omíttitis?
AE. Non, nísi te exorem. **MI.** Vís est haec quidem. **DE.** Áge prolixe, Mício.
MI. Etsi hóc mihi prauom, inéptum, absurdum atque álienum a uitá mea
Vidétur, si uos tánto opere istuc uóltis, (*with great reluctance and after hesitation*) fiat. **AE.** Béne facis.
DE. Meritó te amo. uerúm . . . ***MI.*** Quid? ***DE.*** Ego dicam, hóc quom *con*fit quód uolo.
MI. Quid núnc quod restat? **DE.** Hégio est *hic* hís cognatus próxumus,
Adfínis nobis, paúper: bene nos áliquid facere illí decet.
MI. Quid fácere? **DE.** Agellist híc sub urbe paúlum quod locitás foras:
Huic démus qui fruátur. **MI.** Paulum id aútemst? **DE.** Si multúmst, tamen
Faciúndumst: pro patre huíc est, bonus est, nóster est, recté datur.

939. **idne . . . auctores** = *idne suadetis.* 940. **de te largitor,** *be generous with your own.* 942. **grauere,** *hesitate.* 943. **prolixe,** sc. *fac, be generous.* 946. **confit,** *is accomplished.* 948. **Adfinis**: through the marriage of Pamphila. 949. **Agelli paulum,** *a small field.* — **locitas foras,** *you often let out.* 951. **huic,** i.e. Pamphila.

Postrémo n*unc* meum íllud uerbum fácio, quod tu, Mício,
Bene ét sapienter díxti dudum: (*tauntingly*) ‘uítium commune ómniumst,
Quod nímium ad rem in senécta attenti súmus’: hanc maculam nós decet
Ecfúgere. et dictumst uére et re ipsa fíeri oportet. **AE.** Mí pater!
MI. Quid ı́st*i*c? dabitur quándoquidem (*pointing to Aeschinus*) hic uolt. ***AE.*** Gaúdeo. ***DE.*** — ∠ ∪ —
— ∠ ∪ nunc tu mi és germanus páriter animo et córpore.
(*aside*) Suó sibi gladio hunc iúgulo.

Sc. 6. [9.]

Demea gains the good-will of Syrus by securing his freedom and that of his wife. Micio finally asks Demea why he has so completely changed his manner of life. Demea tells him that popularity comes from humoring men's desires, and not from righteous conduct. Ctesipho is allowed to have the music-girl.

[*Enter Syrus from Micio's house.*]

SYRVS	DEMEA	MICIO	AESCHINVS
SERVOS	SENES II		ADVLESCENS

SY. Factumst quód iussisti, Démea.
DE. Frúgi homo's. (*to Micio*) ergo édepol hodie meá quidem senténtia
Iúdico Syrŭm fíeri esse aequom líberum. **MI.** Istunc líberum?
Quód nam ob factum? **DE.** Múlta. **SY.** O noster Démea, edepol uír bonu's!

954. **maculam,** *fault.* 958. **Suo sibi,** *his own particular.* — **iugulo,** *I am slaying.*

Égo ĭstos uobis úsque a pueris cúraui ambos sédulo:
Dócui, monui, béne praecepi sémper quae potui ómnia.
DE. (*to Syrus*) Rés apparet. (*with pretended seriousness*) ét quidĕm porro haec, óbsonare cúm fide,
Scórtum adducere, ádparare dé die conuíuium:
Nón mediocris hóminis haec sunt ófficia. **SY.** O lepidúm caput!
DE. (*to Micio*) Póstremo hodie in psáltria ista emúnda hic adiutór fuit,
Híc curauit: pródesse aequomst: álii meliorés erunt.
Dénique hic uolt fíeri. **MI.** (*to Aeschinus*) Vin tu hoc fíeri? **AE.** Cupio. **MI.** Sí quidem
Tú uis: Syre, eho accéde huc ad me: (*performs act of manumission*) líber esto. **SY.** Béne facis.
Ómnibŭs gratiam hábeo, et seorsum tíbi praeterea, Démea.
DE. Gaúdeo. **AE.** Et ego. **SY.** Crédo. utinam hoc perpétuom fiat gaúdium,
Phrýgiam ut uxorém meam una mécum uideam líberam!
DE. Óptumam quidĕm múlierem. **SY.** Et quidĕm tuó nepoti huius fílio
Hódie prima mámmam dedit haec. **DE.** Hércle uero sério,
Síquidĕm prima dédit, haud dubiumst quín emitti aequóm siet.
MI. Ób eam rem? **DE.** Ob eam. póstremo a me argéntum quantist súmito.
SY. Dí tibi, Demea, ómnes semper ómnia optata ófferant!

964. **obsonare**, *to buy provision.* 965. **de die**, *untimely;* i.e. before three o'clock. 968. **prodesse**, *to aid him.* — **alii**, sc. *servi.* 969. **hic**, i.e. Aeschinus. 971. **seorsum**, *especially.* 972. **perpetuom**, *complete.* 975. **prima . . . haec**, *this woman was the first to nurse.* 976. **emitti**, *be made free.* 977. **quantist**, *the requisite amount.*

MI. Sýre, processisti hódie pulchre. **DE.** Síquidĕm porro, Mício,
Tú tuom ŏfficium fácies, atque huic áliquid paulum praé manu
Déderis, unde utátur: reddet tíbi cito. **MI.** Istoc (*with a snap of the finger*) uílius.
AE. Frúgi homost. **SY.** Reddam hércle, da modo. **AE.** Áge, pater! **MI.** Post cónsulam.
DE. (*to Syrus*) Fáciet. **SY.** O uir óptume! **AE.** O patér mi festiuíssume!
MI. Quíd ĭstuc? quae res tám repente móres mutauít tuos?
Quód prolubium? quaé ĭstaec subitast lárgitas? **DE.** (*speaking with marked earnestness*) Dicám tibi:
V́t id ostenderém, quod te isti fácilem et festiuóm putant,
Íd non fieri ex uéra uita néque adeo ex aequo ét bono,
Séd ĕx adsentando, índulgendo et lárgiendo, Mício.
(*to Aeschinus*) Núnc adeo si ob eám rem uobis méa uita inuisa, Aéschine, est,
Quía non iusta iniústa prorsus ómnia omnino óbsequor,
Míssa facio: ecfúndite, emite, fácite quod uobís lubet.
Séd si id uoltis pótius, quae uos própter adulescéntiam
Mínŭs uidetis, mágis inpense cúpitis, consulitís parum,
Haéc reprehendere ét corrigere me ét secundare ín loco:

980. **prae manu**, *in ready money*. 981. **unde utatur**, *as a loan*.—**Istoc uilius**, *less than that;* sc. *dabo*. 982. **Frugi**, *frugal;* indeclinable adjective.—**Post consulam**, *I will consider it later*. 985. **prolubium**, *whim*.—**largitas**, *liberality*. 989. **uita inuisa**, *manner of life is displeasing*. 990. **iusta iniusta**; agreeing with *omnia;* notice the asyndeton.—**omnia**: adverbial accusative.—**obsequor**, sc. *vobis*, *humor you*. 991. **Missa facio**, i.e. I shall not interfere. 993. **inpense**, *eagerly*. 994. **secundare in loco**, *to favor at the proper time*.

Écce me, qui id fáciam uobis. **AE**. Tíbi, pater, permíttimus:
Plús scis quid facto ópus sit. sed de frátre quid fiét? **DE**. Sino:
Hábeat; in ĭstac fínem faciat. **MI**. Ístuc recte. ***CANTOR***. Plaúdite!

996. **Plus**, *better*. 997. **Habeat**, sc. *psaltriam*.

TABLE OF METRES.

Verses.		
1–154	iambici senarii ;	Prol. ; Act. I. Sc. 1, 2.
155–157	trochaici octonarii ;	Act. II. Sc. 1.
158	trochaicus quaternarius catal. ;	
159	iambicus octonarius ;	
160	trochaicus octonarius ;	
161	trochaicus septenarius ;	
162	trochaicus octonarius ;	
163, 164	trochaici septenarii ;	
165	trochaicus octonarius ;	
166–169	trochaici septenarii ;	
170–196	iambici octonarii ;	
197–208	trochaici septenarii ;	
209	iambicus septenarius ;	Act. II. Sc. 2.
210–227	iambici octonarii ;	
228–253	iambici senarii ;	
254–287	iambici octonarii ;	Act. II. Sc. 3, 4.
288	trochaicus septenarius ;	Act. III. Sc. 1.
289–291	iambici octonarii ;	
292, 293	trochaici septenarii ;	
294	iambicus octonarius ;	
295–298	trochaici septenarii ;	
299–302	iambici octonarii ;	Act. III. Sc. 2.
303, 304	trochaici septenarii ;	
305–308	iambici octonarii ;	
309	trochaicus septenarius (?);	
310–316	iambici octonarii ;	
317	iambicus quaternarius ;	
318, 319	trochaici septenarii ;	
320	iambicus octonarius ;	
321–329	trochaici septenarii ;	
330–354	iambici octonarii ;	

Verses.		
355–516	iambici senarii;	Act. III. Sc. 3, 4, 5.
517	trochaicus octonarius;	Act. IV. Sc. 1.
518	trochaicus septenarius;	
519–522	iambici octonarii;	
523	trochaicus octonarius (?);	
524	trochaicus quaternarius catal. (?);	
525	trochaicus octonarius;	
526	trochaicus septenarius;	
527–539	iambici octonarii;	
540–591	trochaici septenarii;	Act. IV. Sc. 2.
592–609	iambici octonarii;	Act. IV. Sc. 3.
610a	iambicus ternarius catal. (?);	Act. IV. Sc. 4, 5.
610b	iambicus quaternarius cum iambico quaternario catal. syncop. (versus Reizianus);	
611, 612(?)	choriambici trimetri cum iambico binario catal. (?);	
613	choriambicus trimeter cum trochaico binario (?);	
614	iambicus senarius (?);	
615	iambicus quaternarius catal. (?);	
616	trochaicus quaternarius catal. (?);	
617	trochaicus octonarius;	
618	trochaicus septenarius;	
619–624	iambici octonarii;	
625–637	trochaici septenarii;	
638–678	iambici senarii;	
679–706	trochaici septenarii;	
707–712	iambici septenarii;	
713–854	iambici senarii;	Act. IV. Sc. 6–10.
855–881	trochaici septenarii;	Act. V. Sc. 1.
882–933	iambici senarii;	Act. V. Sc. 2–6.
934–958	iambici octonarii;	
959–997	trochaici septenarii;	

6

The following volumes are now ready or in preparation: —

CAESAR, Gallic War, Books I–V. By Harold W. Johnston, Ph.D., Professor in the Indiana University.

CATULLUS, Selections, based upon the edition of Riese. By Thomas B. Lindsay, Ph.D., Professor in Boston University.

CICERO, Select Orations. By B. L. D'Ooge, A.M., Professor in the State Normal School, Ypsilanti, Mich.

CICERO, De Senectute et de Amicitia. By Charles E. Bennett, A.M., Professor in the Cornell University.

CICERO, Tusculan Disputations, Books I and II. By Professor Peck.

CICERO, De Oratore, Book I, based upon the edition of Sorof. By W. B. Owen, Ph.D., Professor in Lafayette College. *Ready.*

CICERO, Select Letters, based in part upon the edition of Süpfle-Böckel. By Professor Pease.

EUTROPIUS, Selections. By Victor S. Clark, Lit.B., New Ulm High School, Minn.

GELLIUS, Selections. By Professor Peck.

HORACE, Odes and Epodes. By Paul Shorey, Ph.D., Professor in the Chicago University. *Nearly Ready.*

HORACE, Satires and Epistles, based upon the edition of Kiessling. By James H. Kirkland, Ph.D., Professor in Vanderbilt University. *Ready.*

LIVY, Books XXI and XXII, based upon the edition of Wölfflin. By John K. Lord, Ph.D., Professor in Dartmouth College. *Ready.*

LIVY, Book I, for rapid reading. By Professor Lord.

LUCRETIUS, De Rerum Natura, Book III. By W. A. Merrill, Ph.D., Professor in the University of California.

MARTIAL, Selections. By Charles Knapp, Ph.D., Professor in Barnard College.

NEPOS, for rapid reading. By Isaac Flagg, Ph.D., Professor in the University of California. *Ready.*

NEPOS, Selections. By J. C. Jones, A.M., Professor in the University of Missouri.

OVID, Selections from the Metamorphoses, based upon the edition of Meuser-Egen. By B. L. Wiggins, A.M., Professor in the University of the South.

OVID, Selections, for rapid reading. By A. L. Bondurant, A.M., Professor in the University of Mississippi.

PETRONIUS, Cena Trimalchionis, based upon the edition of Bücheler. By W. E. Waters, Ph.D., President of Wells College.

PLAUTUS, Captivi, for rapid reading. By Grove E. Barber, A.M., Professor in the University of Nebraska.

PLAUTUS, Menaechmi, based upon the edition of Brix. By Harold N. Fowler, Ph.D., Professor in the Western Reserve University. *Ready.*

PLINY, Select Letters, for rapid reading. By Samuel Ball Platner, Ph.D., Professor in the Western Reserve University. *Ready.*

QUINTILIAN, Book X and Selections from Book XII, based upon the edition of Krüger. By Carl W. Belser, Ph.D., Professor in the University of Colorado.

SALLUST, Catiline, based upon the edition of Schmalz. By Charles G. Herbermann, Ph.D., LL.D., Professor in the College of the City of New York. *Ready.*

SENECA, Select Letters. By E. C. Winslow, A.M.

TACITUS, Annals, Book I and Selections from Book II, based upon the edition of Nipperdey-Andresen. By E. M. Hyde, Ph.D., Professor in Lehigh University.

TACITUS, Annals, Book XV. By J. Everett Brady, Ph.D., Professor in Smith College.

TACITUS, Agricola and Germania, based upon the editions of Schweizer-Sidler and Dräger. By A. G. Hopkins, Ph.D., Professor in Hamilton College. *Ready.*

TACITUS, Histories, Book I and Selections from Books II–V, based upon the edition of Wolff. By Edward H. Spieker, Ph.D., Professor in the Johns Hopkins University.

TERENCE, Adelphoe, for rapid reading. By William L. Cowles, A.M., Professor in Amherst College. *Nearly Ready.*

TERENCE, Phormio, based upon the edition of Dziatzko. By Herbert C. Elmer, Ph.D., Assistant Professor in the Cornell University. *Ready.*

TIBULLUS AND PROPERTIUS, Selections, based upon the edition of Jacoby. By Henry F. Burton, A.M., Professor in the University of Rochester.

VALERIUS MAXIMUS, Fifty Selections, for rapid reading. By Charles S. Smith, A.M., College of New Jersey. *Ready.*